Ton met' alexandron

ARRIANI ΤΩΝ ΜΕΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ LIBRI SEPTIMI FRAGMENTA E CODICE VATICANO RESCRIPTO EDITA

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VRATISLAVIENSI

AD

VENIAM LEGENDI RITE IMPETRANDAM

DIE XXIV MENSIS FEBRUARII ANNI MDCCCLXXXVIII HORA XII

PUBLICE DEFENDET

RICARDUS REITZENSTEIN
VRATISLAVIENSIS

ADVERSARII ERUNT
L. COHN, DR. PHIL.
O. ROSSBACH, DR. PHIL.

VRATISLAVIAE
APUD GUILELMUM KOEBNER
MDCCCLXXXVIII

MARTINO HERTZ

GUILELMO STUDEMUND

S.

Romae cum aestate anni 1886 bibliothecae Vaticanae codices aliquot rescriptos inspicerem, in quibus latere mihi persuaseram, quae non sine fructu publici iuris fierent, incidi forte in codicem Vat. graec. 495. quem cum ex parte rescriptum viderem, haesi in duobus foliis (230 et 235) pessime habitis, quorum prius incipiebat a verbis τὴν παρὰ Πτολεμαῖον αὐτομόλησιν. unde primo obtutu intellexi me historiam Diadochorum, quos dicimus, manu tenere. sed cum iam in eo esset, ut bibliotheca propter calorem aestivum clauderetur, in patriam redux factus aliis me studiis dedi. hieme tandem eiusdem anni Romam reversus intercedente viro excellentissimo et humanissimo, legato imperatoris nostri apud sanctam sedem, Curtio de Schloezer, atque adiuvantibus benignissime Ioanne Baptista de Rossi et Iosepho Cozza veniam ea remedia adhibendi impetravi „quae pergamenae nullo modo nocerent“. sed cum eis venenis, quibus uti mihi cum praefectis bibliothecae Vaticanae convenerat, non tantum proficerem, quantum speraveram, sive quod illa parum scite ab homine Italo composita erant, sive quia ipse harum rerum non satis peritus eram, id maxime mihi cavendum esse putavi, ne posteris, si quis denuo hunc laborem in se susciperet, difficultatem obstruerem, ac potius pergamenae quam oculis meis peperci. paucis igitur litteris paginarum 230^{r} et 235^{v} exceptis, in quibus kalio sulphurato usus sum, ultimos tantum versus paginarum 230^{r} et 230^{v} medicamento gallae in aqua dissolutae infeci. ceteris in locis incertas litterarum umbras intenta oculorum acie iterum iterumque perlustravi. spero igitur alios et harum rerum peritiores et in adhibendis remediis minus religiosos etiam plura indagaturos esse.

Codex Vat. graec. 495 saeculi duodecimi comprehendens folia 238, quorum singula 24,5 cm. in altitudinem, 18,5 cm. in latitudinem extenduntur, continet a fol. 27 usque ad fol. 215 Ioannis Damasceni Dialectica, quibus praemittitur in foliis 14—16 index capitum ab eadem manu saeculi duodecimi exaratus. toti operi vir doctus saeculo decimo quarto ineunte varia adscripsit scholia; idem folia 1—13, 17—26, 216—238 addidit, quorum maximam partem ex variis saeculi fere decimi codicibus ita deprompsit, ut pristinam scripturam ablueret. in his foliis omnibus excerpta quaedam varii argumenti exaravit. itaque in fol. 1—12 sub recentiore scriptura troparii cuiusdam pars latet, in quo notae musicae appositae erant. de fol. 13 nihil statuere possum. de folii 17 antiqua scriptura, quae in transversum porrigitur, praeter verba θσ ετοιμη η κ··· nihil fere conspicitur. folia 18 et 19 non magis rescripta sunt, quam 21, 22, 26. folia 20 et 23 inter se cohaerentia lineis in transversum ductis saeculo decimo exarata continent Ioannis Chrysostomi primam de Lazaro orationem[1]). folia 24 et 25 eodem saeculo decimo scripta ad librum medici cuiusdam (an geoponici?) pertinere haec fragmenta testantur: θεριανοῦ (sic) σπέρματος δραχμὴν με·· ὡς ἄλφιτον ἐν·····ας ὕδατι πότιζε. deinde: κατέχοντας τὴν τροφήν, οὓς ἰδίως οἱ παλαιοὶ ··αχικοὺς ὀνομάζουσι, μέλιτι μίξας ·αλινον. eidem operi adtribuendum est, quod in fine codicis exştat foliorum par 216 et 223. in margine inferiore folii 223 haec legi: πίπτει ··· δὲ στόμιον ἰσχν·τερον δείκνυτα····ουν ἰσχίον εἰν (sic) ποιήσει συνερεικτέον (sic) διὰ τελεσμάτων τῶν διὰ τὸ ··· praeterea haec: τρή·ωμεν ὡσ ἐπὶ τοὺς χειρολλογουμένους (sic) εἴρηται. de foliis 217—227, 231, 232, 237 ex variis eiusdem aetatis codicibus petitis, nihil affirmare ausim; omnia fere deleta sunt. in folio 233 legi κε ὀρφεα λιευ···μαθ·ω; fol. 236 ecclesiastici est argumenti. fol. 238 rescriptum non est.

Folia 230 et 235 inter se cohaerentia continent narrationem quandam rerum a Diadochis gestarum; qua scriptura abluta manus recentior praefixo titulo περὶ ἀνέμων καὶ τῶν λοιπῶν πνευμάτων Blemmydis ex libris Aristotelis excerpta exaravit, quae excipiuntur commentariolo quodam in psalmum octavum.

---

[1]) Ea, quam transcripsi, particula ab editionis Montefalconis tom I. pag. 717c—e hisce in rebus discrepat: c: πλεονεχία pro πλεονεξία. verba καὶ ἀσωτία desunt. d: πάντων deest. εὖ οἶδ' ὅτι.

Antiqua scriptura saeculo decimo adtribuenda videtur. litterae σ interdum forma et supra lineam et infra porrecta invenitur fere haec ς; litterae γ, κ, π modo maiusculae sunt, modo minusculae. iota 'subscriptum' plerumque adscribitur, aliquotiens forma minore supra lineam positum, ωι. ligatae inter se sunt litterae ει, εσ, ετ, στ, σθ, σπ, σχ, πτ. spirituum forma est angularis, ˪ ˩, accentus, quem circumflexum dicimus, rotunda. καί coniunctio bis significatur hac nota: κς. litterarum umbrae admodum pallidae magna ex parte recentiore scriptura obtectae latent.

Singuli versus, quorum 28 in unaquaque pagina servati sunt, habent in latitudinem 13,5 cm., universi in altitudinem 20,5 cm. margo superior resectus est. litterae in plerisque versibus sunt 44 vel 45 vel 46, inveniuntur tamen etiam 40 vel 50.

Iam quae legere mihi in unoquoque versu visus sum, apponam. supra eas litteras, quarum lectio incerta est, signum interrogationis quod vocant collocavi, quod duplex esse volui, sicubi incertissima lectio erat. ubi pro ea littera, quam in verborum contextu exprimendam curavi, alias quoque intellegi posse concedendum erat, has minore charactere insignes supra lineam addidi. itaque fol. 230ʳ versus 15 prima littera aut μ fuit aut β aut κ. interpunctionum notas et accentus eos tantum apposui, quos in ipso codice exstare pro certo affirmo. ceterum verba diligentius, quam in codice factum est, distinguenda curavi.

fol. 230ʳ.

? ?
1 την παρα πτολεμαιον αυτομολησιν και του σωμ•••••ου α.

?
??? ?
2 λεξανδρ[ι]ου τὴν ἐς αιγυπτον κομιδην επι••ω•••••••••οι

? ?
??κ ?
3 αμφι ατταλον τε και πολεμωνα οιε•••οη••••••••••••

κ
? ηο?
4 αποχωρησεωσ εσταλμενοι•••ερσι••••••••••••

ι ? ?
ηωρ ?? τ ??ρω
σαν. ο δε ετι μαλλον χαν••εν••λ••π•••••••γωνπ••

? ?
ο τ ? ο
ειν ως πτολεμαιον μεν αφελόμενοσ την αρχην τ•ν ε••••ε

τ ει
να επιτηδειων καταστησαι αἰγυπτου •π••χον του σωμα

ο υμ υ
τοσ δε του αλεξανδρου κρατησαι. ταυτα••ενν••ν••ει

? ? ?
????? .??
δη εσ κιλικιαν ξυν τηι δυναμει αφικετο φιλώταν μεν τον

α
ξατραπην τησ χωρασ επιτηδειον •οισ αμφι κρατερον γ•

μ ·ά
ν ό ?
γνωσκων ••ρελυσ•ν της αρχησ. φιλοξενον δε αντ αυτου

ο ??
αρχειν κατεστησεν ενα των αφανων μακεδονων οια δη

? ? ?
τ ? γ ? ?ν ???ω ? ? ?ν
π••αιολιωιμισθοφορ••οπολεμ••ιδια•ε•••ε••εμ••πεμ

? ?? ???? νηστ?????
ψασ δε εσ βαβυλῶνα•••••στραγ•••••••μκτηνορα

κω ? α
βα??τόρ ε ε ω?? στ ?
μολεθεν••δόκιμον το ονοματα μετα μ••••ον•••ων

? υ ε
ακ•ῶν οοκουντων τον μεν ξατραπευειν ει••εν τησ••••

?
???? τ σ ?? ??
λωνιασ αρχωνα δε τον προσθεν••••στην επι τη••••••

δ
ϑ τ εμ ? ??
??????? ?????
•εωστῶν προσωδων ειναι επιδετη•••••••••••ηναρο

? ? ?
? ? τ ? ? ???? ???? ? ?
19 φαστῶν δοκιμον εἰ αφικοιτο εισ βαβυλῶνα και τησ ξα

α ?? ???
20 τρα·ειασ εγκρατησειεν το· αρχωνα μεν απαλλαξαι

??
?? ??? ?? ?κ??????? ??? ???
21 ··σισθενηδεχενκ··πηατιασινωσαντ····ανι·····ο

? ?
?? θυ? ?? ?? ????εκσει ??????? ???
22 πε·ενκ·εν···υσινακοαθηοε·εναυτοσοκ··τησατα

?
π? η ? ? ? ??? ???????
23 ωιστι·ε··β·α···οτι··αυτονδε··············

πι ? ??????
24 τη·α·ονοσαυναι····························

ο
ω ???? ???? ? ??? ??????? κ
25 α···ανθα··οσδεε·η·εγη··δητουσαπο·······με

? ?
? ? ? ????? ?
26 τηνικ··ντησ····λωνοσφορτι·φ······ανεκ

?? ? μ?ρ ?
27 ··ν·λλ···ιωστετινεναινα··ατιωτωνπ··········

κ
ν ο? ε ????
28 μουσ επιλεξαμενοσ εισηγαγεν··ρσκ··ετετοσ··βαβυ

fol. 230ᵛ.

?
? ο ?? ? ??
1 ··ξια··δε ξυναγαγων και φρασασ την περδικκου μ·ανοιαν

??????????? ?????? ??? ? ?
2 καιεστουτον···φιοντρ·······τουεκτῶνε···την··

? ? ??τ? ???? ρ ????
3 ε·ε·····νκαιεθηκαν········ην··ειτην·ρ····ν

? ? ? ? ? ? ? ? ?
πο······συναγαγειν ως μη ο··ομενουσ επι την αρχην τον···ι

? ει
μον. και οι μεν προσ τουτοισ ησαν δοκιμοσ δε εσ βακυλω

ο ?
να αφικομενοσ κα·τῶν εκ τησ χωρασινασ βαβυλωνι

? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ?
? ? ? ? ? ? ει ε ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ?
ων προσαν·εχειν αμεληκ·τεσ στρατιωται προσε···τον επε

? ? ο ο
δραμεν και εστη προσ αρχωνα. και τα μεν π·ηθη των απο

α
μαχομενων και ισχ··των χωριων εκρατειτο ως δε ακρο

? ? ν ν ν
βολισμωι τινι τραυματιαι γενομενωι τωι αρχωνι ου πολλω

ο
? η ω
υστερον ξυνεβη τελευτησαι εκ των τραυματων. τηνικα·

ε κ
πο ορο ανη ? ?
τα δε ανασχομεν·····κιμοσ εδεχθη τε επι την ξατραπειαν

ν ε σ ? ? μ α
προστῶν βα····νιων και τα υπο περδικκου προστεταγμε

μ εισ ν ? ? ? ?
να ξυν·πιστιτηιεσαυτον επρασσεν. εν δε τουτωι περδικ

κασ μαθων των ἐν κυπρωι βασιλεων νικοκρεοντα τε

? ?
? ? ? ? ? ? ? η?
τον σαλαμινιον και του·········νομενουσ πασικρ·

? ? ? ?
? ? ? ? ? ρ ? ? ? ?
την τον σενιον και νικο··ξα τον παφιον τουτον και αν

?
18 δροκλεα τον αμαθουσιον προσ μεν πτολεμαιον ξυμμαχι

??? ? ? ???
19 αν πεποιημενουσ ναυσ δε ου πολυ αποδεουσασ διακοσιων

? ? εια ? ν
20 ξυμ•ληρουντασ την δε κασιεων πολιν και τον αρχοντα

??? ??
? ? ??? ? ?? ? αρ
21 επιπολιορκουντασ οδε••ρ••κκ•••ασεν εκ φοινικησ

? ?
ετ ?? ι εα '? ?? ? ε α
22 ••οστην εισ χαριων αυτοθεν εκ κιλικιασ κα• πλο•••ολλα

? ? ?
τ ? ?? ? ?? ???
23 στρογγυλα παρασκευασασ •ενουσ μεν εσ ο••τακοσιουσ

?? ό ι
24 επ•••σεν των νεων ιππεασ δε εσ πεντακοσιουσ. σωσι

?
? ?
25 γενην τον ροδιον επιταξασ ναυαρχον και ξεναγον επι τῶ

?
26 ξενῶ μηδιον τον •εσσαλον. ιππαρχην δε των ιππεων α

?
β? ? ?
27 μυνταν τησ δε ξυμπασησ δυναμεωσ στ•ατή•ον •πο

?
??? ?? ?
28 φηνασ αρι•••ουν τον αλεξανδρου σωματοφυλακα τη

fol. 235ᵛ

???????
??????? ? ρ ????
1 γυναικα•••α•ν••αχον••••••••••••••••••••••••••

ν
????? ομ ??
2 αναμαχεσθαι••••••••••••••••••••••••••••τωγονω

ο χ ?
καγ·································ιωνκ

? ?
δεγε·································

? ? ? ε ? ? ν ? ? ? ?
τιγονοσ επιτηδειοσ ων. και μενανδροσ τη···δι···α

? ? ? ? ? ? ?
τραπησ την τε αφιξιν την αντιγονου μαθων και ασαν

ο
α
δρου παρ αυτον αποχωρησιν περδικκα····ωμενωσ···

? ? ? η ? αν?ν ? ν ρ ν
χ·····ωκα···κ··γαρ την·ι·ολδρ····εχων κ·ιδιορ

? ?
γησ εχων περδικκα·οτι την μεν····α·ειαν ην ειχεν

? ? ? ?
? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ?
αυτωνδετωνπ·····επιταχει φ·γων··οστην στρατιαν μο

?
? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ?
την··ακουεινκα····ου·····κλεοπατραν ειναι·····

ρ ? ?
·νων και την ευμενουσ·ξ····ε············ο·········

ρ ? ? ? ?
δεν··καιεν·ι··νδ··········χ·····εν····φει····

? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ι
τησειαν········ιστην······στρατηγ····κκ·ν

α ? ? ? ? ? τ ? ? ? ? τ
των επιχωριων ο··λακλειστουσδυναστ··ειν οι τα κατα

? ει ου ? ?
εχοντασ······εισ φρυγιαν την μεγαλην φερουσασ

ε
????? ??το ??? ? ? ?????
17 οδουσ ενιαφανῶνα···καιωσομεν····λοωνπ····

ν
μ???? ? σ σ ? ?ρ?ι
18 βολισ·ν··············τητη··δ·κναν·········

ο
???? ???????? ? ? ακ
19 τηκα··λλωμενωπεμψαι·····γκρατη·ειη·····

??? ρ ???? ? ????
20 οτε περδικκαν ·ξ·ν·ναυτ··δεπιπολεμ···εναν··

? ??????? ?? ??
21 κ··αντιγονοσεξε··ν··τηδε··τισειστου···········

??
?? στκ?? τ ??
22 κησεκπροσηγγη············ειτα···νιωι·αυ·····

???
23 ναι·································

?? ??? ν ?
24 χιλίουσ ἱππεασ δε··μετεχων αφικετο και του··με····

? ??
???? ? σ? ?? ??
25 τησδ···σουπω··το πεντακοσιουσ εχ··········

? ???
26 ·································δεχωνται

??
???? χ? ??????? ?????ερ ??
27 τεσι·γκ···ενιωντα···χρεισζον······ανκα···εσαν

fol. 235v.

1 ____ και αι εν κυ

2 κλωι τησ εφεσου πολεισ φιλιωσ κατεδεξαντο αυτον ο

? ?
3 δε παρεσκευαζετο ως επι σαρδεισ ελασων εκ••εν τουτωι

4 δε κλεοπατρα μαθουσα τοῦ τε αντιγονου την ορμην και

5 την ενεδραν την επι επι ευμενει παρεσκευασμενην ή μὲν

? ? ? ?
6 φράζει προσ ευμενη τα εξη••••μενα ο δε αμφι δειλην ξυ

7 ναγαγων τουσ ξυνηκολουθηκοτασ αυτω φιλουσ και ιπ

?
?? ??
8 πεασ παραγγελλει μητε σαλπιγγα μητε αλλο τι των

9 περιφανῶν σημειων προσμειναντασ ωσ ταχιστα προσ πο

10 ρειαν εσκευασμενουσ παρειναι: και ην μεν αυτωι ή δια με

?? ? ????? ξ?
11 σου οδοσ ωσ επ ανισχοντα ηλιον. ο•εκολο•••ζι•••φεσ

ν ????? ?? τ? κ ε ? ?
12 μ•••μηδεν αυτην μεν αγειν εσλαβήθη τωι κατειληφ•α•

? κ ? ?? ? ??στ ε ??? στ ? ?
13 ειχαζειν η••••ε•••αι•κ••ματην αναμεσιωτατην τῆ•θει••

?
?
14 ελ• ἐπι τωιδε ηκιστα προσδοκωμενην. προελθων δε

15 αμφι τουσ εικοσιν σταδιουσ εισ δεξιαν μαλιστα ἐπιστρεφει

? ?
??? ??? τ π ν???????? ???????
16 καιαπο•σωθ•εἰπροστη•εσπερσιανεστ•κενωιει••••

??? ??? ν ει?ν τ ??? θλ κ???
17 οδε··μεν···τουδεαμ··γονωεδρων εκ φρυγιασ επειτα

ν
χ ? σ
18 ··γεμεν τησ επι φρυγιαν την μεγαλην ··ρουσησ οδου οτ·

ο α? ?? ??
19 ··ειλεν···ευειν τουσ ιππεασ προσ δι·····ων········

? ν
20 οδου···αφηγειτο. τησ δε αὐτῆσ ν·κ··σ αντιγονοσ υπερ

?? ???
??? ?ω ???
21 γεγη···ε···κα··τησ········εισ τε τον τε μεγαν και

τ ??νπ ο πρ
22 ···············γονωτερω····ευμενουσα···ωνῆσε

? ? ???
23 ····μαθων δε την φυγην την ευμενουσ και ὅτι κ·····φει

????? ??? ει
24 εν·ω····ενεδρευοντασ εικασασ. οδεεσ··μυν··ε·····

25 ·········νκα····αλλων την·················

α εγ
26 την κλεοπατραν··ει·ερδικκαν μεν τον ο·ον····

ε
???? ? ωγα ?????? ?????
27 τηνκ·ε·····ανολωναφεσιν···ωνκαγ········

?
? ? ?????? ?????? ???
28 ω········λ···τησεδε ·ερδικκαν εφιεσι και τησ τεσ···

Prima de pagina (230r) pauca servata sunt neque multa coniciendo addere mihi contigit. agitur de transfugio Arrhidaei, cuius nomen ante primi versus initium periit. versus primus ipse

facile in integrum restituitur. nam cum post verba ['Αρριδαίου] τὴν παρὰ Πτολεμαῖον αὐτομόλησιν καὶ τοῦ in versus clausula legantur σω et incerta litterae μ vestigia, deinde spatio quinque litterarum intercedente ου, orationem sic redintegrandam esse apparet: καὶ τοῦ σώμ[ατος τ]οῦ 'Αλεξάνδρου τὴν ἐς Αἴγυπτον κομιδήν. tredecim deinde litterae in versu altero evanuerunt, quae excipiuntur verbis οἱ ἀμφὶ Ἄτταλόν τε καὶ Πολέμωνα. ad eosdem homines interiecto undeviginti litterarum spatio referenda sunt verba ἀποχωρήσεως ἐσταλμένοι. in capite insequentis, id est quinti versus reliquias verbi finiti, σαν, expiscatus sum, post quas claudi periodum scriba interpungendo significavit. ex eo autem, quod sequitur, ὁ δέ intellegitur praecessisse nomen eius viri, qui, ut infra videbimus, id agebat, ut Ptolemaeum ex Aegypto pelleret; qui sine dubio fuit Perdiccas. itaque quoniam Attalum et Polemonem expeditioni, quam Perdiccas contra Ptolemaeum fecit, interfuisse constat, Polemonem autem antea Arrhidaeo corpus Alexandri Babylone in Aegyptum deducenti se opposuisse[1]), hoc loco traditum fuisse suspicor eos ad Perdiccam se recepisse. cui coniecturae vestigia litterarum respondent, siquidem post verbum ἐσταλμένοι tribus litteris interiectis, quae neque supra lineam neque infra extenduntur, cernere ε vel η vel κ et ρ vel ο mihi visus sum. sequuntur duae litterae inter se conexae, quarum altera sine dubio est ι, alteram σ esse olim putavi, nunc δ esse persuasum habeo. scripserim igitur [ὡς Π]ερδί[κκαν ἐπανῆε]σαν.

In versu quinto post syllabam σαν quamquam nihil certo dispicitur nisi ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον, constat sententiam hanc fuisse: ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον [ὡρμήθη στρατεῖαν ἐς Αἴγυπτον ποι]εῖν. sequitur enim ὡς Πτολεμαῖον μὲν ἀφελόμενος τὴν ἀρχήν, deinde post incertas novem fere litterarum umbras in septimi versus initio να ἐπιτηδείων καταστῆσαι Αἰγύπτου [ὕ]π[αρ]χον τοῦ σώματος δὲ τοῦ 'Αλεξάνδρου κρατῆσαι. post ea, quae sunt τὴν ἀρχήν, verba duabus litteris interiectis ν, deinde ε legi; quae sequuntur litterae duae neque supra lineam neque infra porriguntur. unde profectus, cum verba

---

[1]) Phot. Bibl. cod. 92 p. 70 B 16 (Bekker) καὶ 'Αρριδαῖος δὲ ὁ τὸ τοῦ 'Αλεξάνδρου σῶμα φυλάσσων, παρὰ γνώμην αὐτὸ Περδίκκου λαβὼν πρὸς Πτολεμαῖον παραγίνεται τὸν Λάγου ἀπὸ Βαβυλῶνος διὰ Δαμασκοῦ ἐπ' Αἴγυπτον ἐλαύνων. ὃς πολλὰ μὲν ὑπὸ Πολέμωνος τοῦ προσοικειουμένου Περδίκκᾳ κωλυθεὶς ἐνίκησεν ὅμως εἰς τὸ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἔργῳ ἐξενεγκεῖν.

eodem artificio collocata videri, quo infra καὶ τῶν ἐκ τῆς χώρας τινὰς Βαβυλωνίων, Guilelmus Studemund me monuisset, supplendum esse [τῶ]ν ἑ[αυτῷ τι]να ἐπιτηδείων intellexi.[1])

Novum deinde enuntiatum pronomine ταῦτα incohatur, post quod duabus litteris, quae legi non potuerunt, interiectis dispicere mihi visus sum ε et ν vel υ, post hoc alterum ν vel μ, cui duarum litterarum spatio intermisso rursus ν vel υ succedit. suppleverim igitur ταῦτα [δὴ] ἐνν[οῶ]ν. quae sequuntur, certa sunt: [ἐπ]ειδὴ ἐς Κιλικίαν ξὺν τῇ δυνάμει ἀφίκετο, Φιλώταν μὲν τὸν ξατράπην τῆς χώρας ἐπιτήδειον [τ]οῖς ἀμφὶ Κρατερὸν γ[ι]γνώσκων. proximam post duas, quae situ haustae sunt, litteras sedem occupant ρ et cum eo coniunctum ε vel ο vel α supra posito accentu, deinde λυσ et post unius litterae spatium ν. unde in codice fuisse collegeris [πα]ρέλυσ[ε]ν, quo de verbo genetivus qui sequitur pendet τῆς ἀρχῆς. pergit scriptor sic: Φιλόξενον δὲ ἀντ' αὐτοῦ ἄρχειν κατέστησεν, ἕνα τῶν ἀφανῶν Μακεδόνων[2]), οἷα δή. de proximo versu (decimo tertio) nihil fere recuperavi nisi litteras μισθοφορ et in fine πεμ, quae in versu decimo quarto continuantur litteris ψας δὲ ἐς Βαβυλῶνα, quibus novi enuntiati initium effici patet.

Babylonia provincia post Alexandri mortem Archoni obtigerat. qui, cum Arrhidaeus invito Perdicca corpus regis Babylone in Aegyptum deduceret, illius consiliis aut favisse aut parum obnixus videtur esse. itaque iam de ultione agitur.

Verba πέμψας δὲ ἐς Βαβυλῶνα quae sequuntur nomina, ut videtur, propria legi nequeunt praeter ultimum Δόκιμον; deinceps τ et ο vel ε vel α emerserunt, tum ὀνόματα, cui subiunguntur litterae με, deinde τ vel στ et α. proxima littera μ olim videbatur, tum post hiatum, qui ad quattuor litteras capessendas sufficit, ο et fortasse ν, denique post incertas trium litterarum umbras ων vidi. versus decimus sextus incipit a littera α, quam sequitur κ et una, quae infra lineam extenditur, littera, tum ῶν accentu circumflexo addito. deinde δοκούντων facile legitur, nisi quod de prima littera orbiculus inferior solus servatus est. nescio

[1]) τινά scripsi, non ἕνα, quod, licet codicis reliquiis optime respondeat (nam in fine sexti versus ο vel ε cernere mihi visus sum), apud nullum scriptorem ita collocatum deprehendi, cum τὶς pronomen ab optimo quoque scriptore haud raro inter articulum et substantivum, quae de eo pendent, interponatur.

[2]) Eadem Iustinus tradit XIII 6, 16: Cilicia Philotae adempta Philoxeno datur. cf. Phot. Bibl. p. 71 B 25.

igitur an orationem sic redintegrare liceat: Δόκιμον τὸ ὄνομα (cod. ὀνόματα) μετὰ Μ[ακεδ]όν[ων τ]ῶν ἄκ[ρ]ων (cod. ἀκρῶν) δοκούντων. sane ἄκρος adiectivo 'fortis' vel 'eximius' etiam ab Herodoto significatur V 112 (cf. Stein ad h. l.). quod si minus probatur, ἱκανῶν δοκούντων vel ἀρκεῖν δοκούντων proposuerim. hucusque omnia pendent de participio πέμψας; sequitur τὸν μὲν ξατραπεύειν, deinde ε vel ει, tum spatium duarum litterarum, vel potius unius satis largae litterae, quam excipiunt ε et ν. itaque, quoniam verbum finitum hoc loco desideratur, de quo pendeat accusativus cum infinitivo, puto exaratum fuisse εἶ[π]εν. quae succedunt, plana sunt: τῆς [Βαβυ]λωνίας, Ἄρχωνα δὲ τὸν πρόσθεν; tum quattuor vel quinque litterae interierunt, post quas στ vel τ, deinceps η, denique ν vel σ littera conspicitur. [ἐπιστά]την litterae, de quibus supplendis olim cogitavi, paululum excedere lacunae spatium iam tunc videbantur. contra verbum [δυνά]στην et codicis reliquiis et sermoni illius aetatis respondet, qua satrapae et dynastae vocabula certo quodam discrimine inter se opposita videntur. nam Diodorus, quem hac in parte Hieronymi Cardiani historiam transscripsisse persuasum mihi est, Antigonum Arrhidaeo satrapae dicto ipsius parum oboedienti exprobrasse refert, ὅτι φανερός ἐστιν ἀποστατήσων καὶ τὴν σατραπείαν ἑαυτῷ δυναστείαν παρασκευαζόμενος (XVIII 52). praeclare igitur Perdiccas Archonem cum de magistratu moveret, non satrapam sed dynasten appellavit. proximum occupat locum ἐπί praepositio, tum τ et litterae η vestigia dubitationi admodum obnoxia, deinde sex vel septem litterarum spatio intercedente in versus duodevicesimi sede secunda ϑ vel δ vel, quod iterata lectione verisimillimum videbatur, ε, tum ω et post unam, quae fortasse τ (vel στ) fuit, litteram ῶν suprascripto accentu; proximum verbum est προσωδων quod in προσόδων mutandum esse consentaneum est, deinde εἶναι. itaque ἐπὶ τῆ[ς εἰσπράξ]εως τῶν προσόδων εἶναι scribo. quae sequuntur usque ad versus undevicesimi initium expedire mihi non contigit. in illo autem et in versu vicesimo haec legi: Δόκιμον, εἰ ἀφίκοιτο εἰς Βαβυλῶνα καὶ τῆς ξατρα[π]είας ἐγκρατήσειεν, τὸ[ν] Ἄρχωνα μὲν ἀπαλλάξαι. inde a versu vicesimo primo usque ad finem huius paginae tantum non omnia situ consumpta sunt, nisi quod in ultimo versu ἐπιλεξάμενος εἰσήγαγεν dispexi.

Alterius paginae (230^{v}) initio agitur de Archone bellum et ipso parante. in primo enim versu post incertas septem litterarum

reliquias haec leguntur: δὲ ξυναγαγὼν καὶ φράσας τὴν Περδίκκου μ[ετ]άνοιαν loco litterarum ετ tam parva lacuna hiante, ut illas inter se ligatas fuisse necesse sit.

In secundo versu et tertio, qui propter recentiorem scripturam obductam legi non possunt, continuatur sine dubio oratio Archonis Babylonios exhortantis, ut copias suas in unum cogant. ex quarto enim versu haec verba expiscatus sum: συναγαγεῖν ὡς μή. deinde post unam, quae ο esse videbatur, litteram duarum litterarum spatio interiecto ομένους legi. unde δ[εξ]ομένους primus effecit G. Studemund; quae coniectura eo quoque probatur, quod in versu duodecimo eiusdem paginae [Δό]κιμος ἐδέχθη τε ἐπὶ τὴν ξατραπείαν legitur, sicut hoc loco: ὡς μὴ δ[εξ]ομένους ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὸν [Δόκ]ιμον.

Pergit scriptor his verbis: καὶ οἱ μὲν πρὸς τούτοις ἦσαν, Δόκιμος δὲ ἐς Βαβυλῶνα (cod. βακυλωνα) ἀφικόμενος. deinde κ et trium litterarum umbrae admodum dubiae supersunt, quarum primam fuisse α vel ο, postremam τ itentidem iterata lectione mihi persuasi. sequitur ῶν non sine accentu circumflexo. altera igitur parte non potest non contineri articulus ad subsequens nomen Βαβυλωνίων referendus, prior procul dubio fuit καί. itaque scribo: κα[ὶ] τῶν ἐκ τῆς χώρας τινὰς Βαβυλωνίων — nam pro χωρασινας, quod legere Romae mihi visus sum, χώρας τινὰς scribendum esse vel potius, cum simillimae inter se sint in hoc codice litterae σ, τ, στ, scriptum esse, primus G. Studemund animadvertit.

Sequitur aut προσαν[τ]έχειν aut προσαν[τ]εῖχεν. sed quoniam id verbum per καί coniunctionem participio ἀφικόμενος adnectitur, infinitivus certe desideratur, qui de altero quodam participio pendeat. de quo cernere mihi visus sum haec: αμεληκ et post unius litterae iacturam haec: τεσ στρατιωται προσ. verum cum ad Docimum haec omnia referenda esse consentaneum sit, quin pro priore litterae κ parte legendum sit σ, quod supra lineam interdum porrigitur C, pro τ potius στ, pro ε diphthongus οι supra posito accentu, equidem non dubito. confidenter igitur hoc pacto quae legi emendanda esse affirmo: προσαν[τ]έχειν ἀμελήσ[α]ς τοῖς στρατιώται[ς]. nam in eo quod, ultimo huic substantivo σ litteram adieci, eo minus haerendum est, quia proximae litterae π umbram tantum agnovi, littera σ autem sine dubio cum illa coniuncta erat. quod olim sequebatur, adverbium, ut videtur, expedire mihi

non contigit, id autem persuasum habeo, τοῖς στρατιώταις de verbo ἐπέδραμεν, quod vicinam tenet sedem, pendere et verbis τῶν ἐκ τῆς χώρας τινὰς Βαβυλωνίων opponi. nihil igitur curat Docimus eos, qui vicos oppidulaque sua defendere conantur et nullo negotio a Macedonibus vincuntur; ipsum Archonis exercitum petit.

Pergit enim scriptor sic: καὶ ἔστη πρὸς Ἄρχωνα. καὶ τὰ μὲν π[λ]ήθη τῶν ἀπομαχομένων καὶ ἰσχ[όν]των χωρίων ἐκρατεῖτο· ὡς δὲ ἀκροβολισμῷ τινι τραυματίᾳ γενομένῳ τῷ Ἄρχωνι οὐ πολλῷ ὕστερον ξυνέβη τελευτῆσαι ἐκ τῶν τραυμάτων — inde enuntiatum regens incipere interpungendo scriba significavit. illud autem incohatur litteris την, quibus succedunt, ut videtur, ι et κ vel η, tum α vel ο vel ω et, una littera interiecta, τα vel πο, deinde δε. itaque τηνικαῦτα δέ exaratum fuisse collegit Bruno Keil. sequuntur α vel ο, ν vel ρ, rursus α vel ο vel ε, deinde χ sed virgula quadam praefixa, ο vel α, μ vel ν, ε vel η vel κ, tum alterum ν et quinque vel sex litteris interiectis κιμος. hoc igitur modo hiatus suppleo: τηνικα[ῦ]τα δὲ ἀνασχόμεν[ος ὁ Δό]κιμος, quae excipiuntur verbis ἐδέχθη τε ἐπὶ τὴν ξατραπείαν πρὸς τῶν Βα[βυλω]νίων καὶ τὰ ὑπὸ Περδίκκου προστεταγμένα ξὺν πίστει τῇ ἐς αὐτὸν ἔπρασσεν. ultima verba, corrupta, nisi fallor, quemadmodum emendanda sint, non assequor. pro ξυν possis etiam ξυμ legere, pro πιστει etiam πιστι, quas inter voces una fortasse evanuit littera.

Ad finem perductis eis, quae de hac expeditione referenda erant, ad alia scriptor transit: ἐν δὲ τούτῳ Περδίκκας μαθὼν τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλέων Νικοκρέοντά τε τὸν Σαλαμίνιον καὶ τού[ς]. sequuntur post spatium ad octo fere litteras capessendas sufficiens dubiae litterarum νομ reliquiae, deinde ενο et, ut videtur, υσ. pergere scriptorem his verbis: Πασικρ[ά]την τὸν Σ[όλ]ιον pro certo affirmo, quamquam priore de nomine litterae π, alterum α, τ, de articulo autem τ et ο totae fere evanuerunt atque in adiectivo pro littera ο cum accentu acuto ε, pro λ autem ν vel ρ Romae legi. nam Solos Pasicratis patriam fuisse etiam Plutarchus Alex. 29 et Arrianus Ind. 18, 8 tradunt, cum idem Arrianus in Anabasi (II 22, 2) Curiensem eum fuisse dicat. additur καὶ Νικο[κλ]έα τὸν Πάφιον, τοῦτον καὶ Ἀνδροκλέα τὸν Ἀμαθούσιον. quibus in verbis quid pronomen τοῦτον sibi velit, expediri nequit, nisi Pasicratem et Nicoclem artiore quodam vinculo cum Nicocreonte coniunctos fuisse statuimus quam Androclem. quod facile fieri potuit; etenim inde ab Euagorae temporibus Salaminiorum reges ceteros illius

insulae dynastas sibi subicere conantes aut vi aut auctoritate principatum inter eos tenebant, donec a Ptolemaeo anno 312 universae Cypro praepositi sunt. itaque licet certis careamus testimoniis, Paphi et Solorum regulos illo temporis momento Nicocreonti aut subiectos aut foedere iunctos fuisse ex hoc ipso loco colligo et lacunam in versu decimo sexto hiantem hoc fere modo expleri iubeo: Νικοκρέοντά τε τὸν Σαλαμίνιον καὶ τοὺ[ς ὑπ' αὐτῷ γε]νομένους Πασικρ[ά]την τὸν Σόλιον καὶ Νικο[κλ]έα τὸν Πάφιον, τοῦτον καὶ Ἀνδροκλέα τὸν Ἀμαθούσιον, quae continuantur verbis πρὸς μὲν Πτολεμαῖον ξυμμαχίαν πεποιημένους, ναῦς δὲ οὐ πολὺ ἀποδεούσας διακοσίων ξυμ[π]ληροῦντας, τὴν δὲ Μαριέων πόλιν καὶ τὸν ἄρχοντα ἐπιπολιορκοῦντας. nomen Μαριέων omni dubitationi exemptum videtur, quamquam hoc loco κασιεων aut κασιειαν, in versu vicesimo altero, ubi eiusdem sine dubio oppidi nomen redit, καριαν aut ιαρεαν aut ιαριων legere mihi visus sum. nam litterae κ et μ hac sola re inter se differunt, quod alterius litterae prior hasta supra lineam extenditur, alterius infra eam porrigitur. Μαριων autem, quod in versu vicesimo altero traditum videtur, quin in Μάριον corrigendum sit, dubium non est.

Sequitur enuntiatum regens — nam hucusque de participio μαθών omnia pendent — cuius prima pars adeo oblitterata est, ut, quid scriptum fuerit, affirmare non audeam. quattuordecim enim litterarum spatio intermisso verbi finiti reliquiae, σεν, supersunt, quas praecedebat fortasse littera α. hoc de verbo finito pendeat necesse est vocabulum ναῦς vel synonymum aliquod, veluti τριήρεις. nam nisi tale aliquid praemittitur, ea quae sequuntur πλ[οῖα π]ολλὰ στρογγύλα παρασκευάσας — ἐπ[έβη]σεν τῶν νεῶν ferri non possunt. itaque sententia quae fuerit, facile perspicitur (naves longas e Phoenicia coegit, naves onerarias in ipsa Cilicia aedificari iussit), verba ipsa nisi fortissimis remediis pergamenae adhibitis indagari non possunt. sequitur (v. 21) ἐκ Φοινίκης, deinde in versus vicesimi alterius initio duae litterae evanuerunt, quas excipiunt ε vel ο et σ vel τ vel στ, tum η et ν litterae, deinde εἰς Μάριον (cod. μαριων) αὐτόθεν ἐκ Κιλικίας. quae praecedunt, non possunt non esse πρὸς τήν, sed substantivum, ad quod articulus τήν referatur, librarii neglegentia in codice intercidit. suppleverim igitur ὁ δὲ [τριήρεις ἤθρ]οισεν (vel simile aliquid) ἐκ Φοινίκης [πρ]ὸς τὴν εἰς Μάριον αὐτόθεν ἐκ Κιλικίας <στρατείαν> κα[ὶ] πλο[ῖα π]ολλὰ στρογγύλα παρασκευάσας.

Proximi verbi [ξ]ένους prior pars fere tota evanuit. ξένους tamen, non πεζούς, de quo facile cogites, scribendum esse docent ea, quae sequuntur, verba ξεναγὸν ἐπὶ τῷ ξεν<ικ>ῷ, quae eodem modo verbis ἱππάρχην δὲ τῶν ἱππέων opponuntur, quo hoc loco [ξ]ένους μέν subsequenti ἱππέας δέ. deinde post praepositionem ἐς vel εἰς trium litterarum spatio interposito cernitur ταχοσιους. de [πεν]ταχοσίους supplendo, quamvis bene spatio haec lectio satisfaciat, cogitare non licet; quis enim unquam haec ferat: [ξ]ένους μὲν ἐς [πεν]ταχοσίους ἐπ[έβη]σεν τῶν νεῶν, ἱππέας δὲ ἐς πεντακοσίους? [ἑπ]ταχοσίους autem lectio, siquidem litterae π et τ ubique inter se ligantur, ad spatium explendum non sufficit. contra [ὀκ]ταχοσίους supplementum non modo eo commendatur, quod litterae κ forma maiuscula in hoc codice non raro duarum litterarum spatium aequat, sed etiam eo, quod in eius, de quo agitur, vocabuli initio orbiculum litterae ο similem oculis cernere semel sole favente mihi visus sum. proximum locum occupat procul dubio verbum finitum, cuius prima littera fortasse fuit ε, altera π videbatur; tertia, quarta, quinta evanuerunt; deinde tenues litterarum σ vel ο et εν vel ει umbrae supersunt. idem verbum cum regere necesse sit genetivum τῶν νεῶν, ἐπ[έβη]σεν fuisse coniecerim. nam verbi ἐπιβαίνω et aoristus et futurum apud poetas recentioresque solutae orationis scriptores cum genetivo coniuncta sensu transitivo usurpantur.[1])

Quae sequuntur omni dubitationi exempta sunt: ἱππέας δὲ ἐς πεντακοσίους, Σωσιγένην τὸν Ῥόδιον ἐπιτάξας ναύαρχον καὶ ξεναγὸν ἐπὶ τῷ ξεν<ικ>ῷ (cod. ξενῶ) Μήδιον τὸν [Θ]εσσαλόν, ἱππάρχην δὲ τῶν ἱππέων Ἀμύνταν, τῆς δὲ ξυμπάσης δυνάμεως στ[ρ]ατη[γ]ὸν (cod. στρατήγον) [ἀ]ποφήνας — quod additur nomen novem fere litterarum, cui per appositionem additur τὸν Ἀλεξάνδρου σωματοφύλακα, primo obtutu incipere videbatur a syllaba αρι et desinere in ουν; quamquam aliis diebus aliarum litterarum vestigia agnoscere mihi videbar. attamen primo die verum me vidisse ex Arriano didici, qui (Anab. VI 28) septem Alexandri σωματοφύλακας enumerat: Leonnatum, Hephaestionem, Lysimachum, Aristonoum, Perdiccam, Ptolemaeum, Pithonem, quibus octavus Peucestes additur. ceteri

[1]) Cf. Luc. D. Mort. 6, 4. Apoll. Rhod. II 875 τῶν ὅτινα πρύμνης ἐπιβήσομεν. de militibus: Appian. Civ. II 59 ὁ δ' Ἀντώνιος τοὺς ἑτέρους ἐπὶ τὰς ναῦς ἐπιβήσας. V 92 τοὺς ὁπλίτας ὁλκάσιν ἐπιβήσας.

quid sub Alexandri mortem egerint, scimus, de Aristonoo huc usque nihil compertum erat.

De proximae paginae (235[r]) verbis admodum pauca recuperavi, velut in primo versu γυναῖκα, in versibus 5—7 ['Αν]τιγόνου ἐπιτήδειος ὤν. καὶ Μένανδρος τῆ[ς Λυ]δί[ας ξ]ατράπη[ς] τήν τε ἄφιξιν τὴν 'Αντιγόνου μαθὼν καὶ 'Ασάνδρου παρ' αὐτὸν ἀποχώρησιν Περδίκκα[ν ἐρρ]ωμένως — unde de ipso Asandro, Antigoni amico, in prioribus versibus actum esse colligimus. deinde in versu octavo et nono legi ἔχων κ[α]ὶ δι' ὀργῆς ἔχων Περδίκκα[ν], ὅτι τὴν μὲν [ξατρ]α[π]είαν, ἣν εἶχεν, in versu decimo φ[υ]γὼν [πρ]ὸς τὴν στρατιάν, in undecimo Κλεοπάτραν εἶναι, in duodecimo καὶ τὴν Εὐμένους, in versu decimo quinto τῶν ἐπιχωρίων, in decimo sexto εἰς Φρυγίαν τὴν μεγάλην φερούσας ὁδούς, in undevicesimo [ἐ]γκρατὴ[ς] εἴη, in vicesimo quinto τῆς δ' ['Εφέ]σου πό[λεως] πεντακοσίους, in reliquis singula verba, ex quibus certi nihil conficitur.

Plura de ultima pagina (235[v]) servata sunt, quamquam primi versus magna pars cum margine resecta est. nam qui sequuntur decem versus facile leguntur, velut in initio: καὶ αἱ ἐν κύκλῳ τῆς 'Εφέσου πόλεις φιλίως κατεδέξαντο αὐτόν, ὁ δὲ παρεσκευάζετο ὡς ἐπὶ Σάρδεις ἐλάσων. deinceps εκ et spatio duarum vel trium litterarum interiecto εν conspiciuntur. sed hae duae litterae iam ad proximum enuntiatum (ἐν τούτῳ δέ) pertinere videntur. quid praecesserit, non assequor, nisi forte ἐκ[εῖθ]εν scriptum alterumque εν, quod in initio novi enuntiati desideratur, omissum fuit.

Pergit scriptor sic: 'Εν τούτῳ δὲ Κλεοπάτρα μαθοῦσα τοῦ τε 'Αντιγόνου τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν ἐνέδραν τὴν ἐπὶ (quae praepositio in codice iteratur) Εὐμένει παρεσκευασμένην, ἡ μὲν φράζει πρὸς Εὐμένη τὰ ἐξη[γγελ]μένα, ὁ δὲ ἀμφὶ δείλην ξυναγαγὼν τοὺς ξυνηκολουθηκότας αὐτῷ φίλους καὶ ἱππέας παραγγέλλει μήτε σάλπιγγα μήτε ἄλλο τι τῶν περιφανῶν σημείων προσμείναντας ὡς τάχιστα πρὸς πορείαν ἐσκευασμένους παρεῖναι. καὶ ἦν μὲν αὐτῷ ἡ διὰ μέσου ὁδὸς ὡς ἐπ' ἀνίσχοντα ἥλιον. ab hac autem via postea declinasse Eumenes videtur. etenim viginti octo litteris interiectis αὐτὴν μὲν ἄγειν εὐλαβήθη[1]) τῷ κατειλῆφ[θ]α[ι] εἰκάζειν legitur. aliam igitur elegit viam, quae describitur verbis ἀνωμαλωτάτην[2]) et ἐπὶ τῷδε ἥκιστα προσδοκωμένην.

[1]) Hoc enim latere in verbo εσλαβήθη, quod Romae cernere mihi videbar, G. Studemund intellexit.

[2]) E codice ανεμεσιωτατην enotavi, sed litterae ε μ ε σ ι iam tum admodum incertae visae sunt. rectum etiam hoc loco vidit G. Studemund.

sequitur προελθὼν δὲ ἀμφὶ τοὺς εἴκοσιν σταδίους εἰς δεξιὰν μάλιστα ἐπιστρέφει καί. in reliquis versibus paucissima verba leguntur (17: ἐκ Φρυγίας ἔπειτα, 18: τῆς ἐπὶ Φρυγίαν τὴν μεγάλην [φε]ρούσης ὁδοῦ, 19: [ἐλα]ύνειν (?) τοὺς ἱππέας πρὸς, 20: ἀφηγεῖτο. τῆς δὲ αὐτῆς ν[υ]κ[τὸ]ς Ἀντίγονος, 23: μαθὼν δὲ τὴν φυγὴν τὴν Εὐμένους καὶ ὅτι, 24: ἐνεδρεύοντας εἰκάσας, 26: τὴν Κλεοπάτραν [ἐπ]εὶ [Π]ερδίκκαν μὲν τόν, 28: [Π]ερδίκκαν), quibus Eumenem in Phrygiam magnam abscessisse, Antigonum autem, eadem nocte contra illum profectum, sero fugam eius comperisse demonstratur. reliqua perierunt.

Ab Atticista quodam eam, quae his, de quibus agimus codicis saeculo decimo exarati fragmentis continetur, historiam compositam esse cum alia multa tum praepositionum formae ξύν et ἐς, quae pro σύν et εἰς plerumque inveniuntur, satis ostendunt. nono autem iam saeculo Photio, homini eruditissimo, duorum tantum scriptorum de rebus a Diadochis gestis libri praesto erant, Arriani et Dexippi. quorum alter, Dexippus, cum non Archonem sed Seleucum iam a Perdicca Babyloniae praepositum esse traderet (Phot. p. 64 B 26), belli inter Docimum et Archonem gesti ne mentionem quidem facere potuit. contra ex Arriani historiis haec fragmenta petita esse ipso sermone docemur. quod quo facilius ostendam, repetam iam ea, quae in duobus illis foliis aut legi aut coniciendo restitui potuerunt, litteris minoribus in eis verbis usus, quae nimis incerta videntur. adscribam autem in adnotatione locos similes aut ex ipsius Arriani libris petitos aut ex eis, ad quorum normam potissimum ille orationem suam direxit, scriptoribus, Herodoto, Thucydide, Xenophonte:

fol. 230.

§ 1. [Ἀρριδαίου] τὴν παρὰ Πτολεμαῖον αὐτομόλησιν[1] καὶ τοῦ

[1]) Thom. Mag. p. 50, 6 (R.) Αὐτομολία κάλλιον ἢ αὐτομόλησις. ὁ αὐτὸς (Aristid. ed. Dind. I p. 560) ἐν τῷ περὶ τοῦ πέμπειν βοήθειαν τοῖς ἐν Σικελίᾳ 'καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς αὐτομολίας'. — αὐτομολεῖν παρά τινα Arrianus (Anab. I 20, 10. 25, 3. IV 22, 8. 30, 4) dicit, cum Herodotus αὐτομολεῖν ἔς τινα, Thucydides αὐτομολεῖν πρός τινα usurpent. Arrianum autem substantiva verbalia in σις desinentia in deliciis habuisse recte Grundmannus (Quid in elocutione Arriani Herodoto debeatur. Berolini 1884 p. 13. 14) monuit. itaque quoniam αὐτομόλησις vocabulum, quod hucusque apud unum Philonem (I p. 272, 8 Mang.) inventum est, non prorsus damnat Thomas Magister, ipsum hunc Arriani, ut puto, locum respicere videtur.

σώμ[ατος τ]οῦ Ἀλεξάνδρου τὴν ἐς Αἴγυπτον κομιδὴν[1]............. οἱ ἀμφὶ[2] Ἄτταλόν τε καὶ Πολέμωνα.................. ἀποχωρήσεως[3] ἐσταλμένοι[4] [ὡς[5] Π]ερδί[κκαν ἐπανῆε]σαν.[6] ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον[7] [ὡρμήθη ἐς Αἴγυπτον στρατεία]ν π[οι]εῖν, ὡς[8] Πτολεμαῖον μὲν ἀφελόμενος[9] τὴν ἀρχὴν τ[ῶ]ν ἑ[αυτῷ τι]να ἐπιτηδείων[10] καταστῆσαι Αἰγύπτου [ὕ]π[αρ]χον,[11] τοῦ σώματος δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου κρατῆσαι.[12] § 2. ταῦτα [δὴ] ἐνν[οῶ]ν[13] [ἐπ]ειδὴ ἐς Κιλικίαν ξὺν τῇ δυνάμει[14]

---

[1]) Arr. Indic. 34, 4 ὡς ἐπὶ κομιδῇ τοῦ Νεάρχου. cf. 34, 6. 40, 10. Anab. II 13, 3. VI 11, 2 (VI 1, 1). — similem verborum collocationem sescenties in Anabasi deprehendas, velut I 18, 5 ἐπειδὴ ἔμαθον οἱ ναύαρχοι τῶν ἀμφὶ Νικάνορα τὴν ἐν τῇ Λάδῃ προκαταγωγήν.

[2]) Anab. I 5, 9. 11. 6, 11 etc.

[3]) Anab. I 6, 8. 10. 22, 5. IV 30, 3 (bis). V 14, 2. 6. 15, 2. 18, 1. 24, 3. 7. VI 7, 2. VII 27, 3.

[4]) Anab. IV 27, 7 et saepe.

[5]) Anab. I 4, 6. 25, 9. II 8, 9. 25, 1.

[6]) Indic. 34, 4. Anab. IV 15, 6 etc.

[7]) Indic. 20, 8. 35, 7. Anab. I 6, 4. III 4, 2. 19, 4. 21, 2. 27, 3. IV 7, 5. 18, 7. V 19, 3. 27, 6. 28, 1. VI 14, 2. 24, 4. VII 4, 3.

[8]) Ὡς cum infinitivo raro et plerumque sensu consecutivo positum est apud priscos scriptores. Arrianum autem abuti hac constructione recte monuit Boehner (de Arriani dicendi genere Erlang. 1885 p. 55): Anab. I 1, 8. 5, 6. 6, 6. 7, 10. 9, 2. 3. 20, 3. 9. 24, 3. 25, 9. II 1, 2. 2, 3. 4. 5. 4, 3. 8, 1. 10, 3. 13, 1. 3. 18, 6. 19, 1. 4. 6. 20, 8. 21, 3. 6. 23, 3. 27, 5. III 15, 4. 18, 2. 4. 29, 3. 30, 4. IV 3, 5. 4, 5. 5, 6. 6, 2. 11, 8. 17, 5. 18, 7. 21, 2. 3. 6. 28, 2. 3. 7. V 6, 1. 5. 9, 3. 14, 2. 15, 5. 16, 1. 4. 22, 4. VI 1, 3. 3, 2. 4, 4. 6, 4. 11, 8. 13, 1. 18, 5. 19, 3. 20, 2. 21, 3. 24, 3. 25, 6. 27, 4. 28, 6. 29, 11. VII 9, 1. 2. 12, 4. 17, 4. 5. 21, 4.

[9]) Anab. I 2, 7. II 1, 5 etc.

[10]) Cf. infra § 5 τῶν ἐκ τῆς χώρας τινὰς Βαβυλωνίων. praeterea Arr. Indic. 20, 6 τῶν τινα ἑωυτοῦ φίλων. Anab. VII 22, 3 τῶν τις ναυτῶν. VII 22, 5. 24, 2. IV 16, 4. 27, 7. VI 18, 1. VII 3, 4. 4, 8. VI 9, 3. II 22, 6. III 4, 3. IV 8, 6. 21, 8. 29, 4. VII 21, 7. II 26, 4. Indic. 11, 3. 13, 5. 34, 6; Thucyd. I 45, 3. VI 2, 3; Xen. Anab. II 5, 32. III 3, 4. V 7, 19; Demosth. 6, 8. 19, 214. 24, 2; Herodot. I 51, 18 etc. cf. Grundmann p. 55; Boehner p. 32. 33.

[11]) Arr. Anab. V 2, 2 ὅντινα καὶ ὕπαρχον τῆς χώρας τῆς Νυσαίας κατέστησεν. cf. I 25, 3. II 3, 6. 4, 2. 14, 4. III 5, 2. 3. 6. 6, 6. 16, 4. 18, 11. 27, 4. 28, 1 IV 7, 1. 22, 5. 28, 6. VI 16, 3. 28, 3. 29, 2. Indic. 8, 1.

[12]) Anab. IV 24, 5 τοῦ νεκροῦ ἐκράτησαν. cf. II 8, 2 etc.

[13]) Anab. VI 13, 1 καὶ ταῦτα ἐννοήσας.

[14]) Anab. I 27, 2 ὡς ἀφίκετο ξὺν τῇ δυνάμει. plerumque enim haec verba ab Arriano adduntur, ubi ducem aliquem castra movisse narrat.

ἀφίκετο, Φιλώταν μὲν τὸν ξατράπην τῆς χώρας[1] ἐπιτήδειον [τ]οῖς ἀμφὶ Κρατερὸν γ[ι]γνώσκων [πα]ρέλυσ[ε]ν τῆς ἀρχῆς[2], Φιλόξενον δὲ ἀντ' αὐτοῦ ἄρχειν κατέστησεν,[3] ἕνα τῶν ἀφανῶν[4] Μακεδόνων οἷα δὴ[5] .... μισθοφορ .... § 3. Πέμψας δὲ ἐς Βαβυλῶνα .... Δόκιμον τὸ ὄνομα (?)[6] μετὰ Μ[ακεδ]όν[ων τ]ῶν ἄκ[ρ]ων[7] δοκούντων τὸν μὲν ξατραπεύειν εἶ[π]εν τῆς [Βαβυ]λωνίας,[8] Ἄρχωνα δὲ τὸν πρόσθεν [δυνά]στην[9] ἐπὶ τῆ[ς εἰσπράξ]εως[10] τῶν προσόδων εἶναι......................

---

1) Anab. IV 28, 6 οἱ ὕπαρχοι τῆς χώρας; similia passim. — formae ξατράπην respondet in epitoma Photii p. 71 B 25 ξατραπειῶν teste codice Marciano (A).

2) Anab. IV 22, 4 τὸν ὕπαρχον......παραλύει τῆς ἀρχῆς. Thucyd. VIII, 54. Herod. VI, 94.

3) Anab. I 17, 1 καταστήσας δὲ Κάλαν σατραπεύειν. III 5, 3 κατέστησε ....τῶν ξένων..ἄρχειν Λυκίδαν Αἰτωλόν. cf. III 6, 4. 6. VI 30, 3. Herod. V 25 καταστήσας Ἀρταφέρνεα... ὕπαρχον εἶναι. apud Arrianum identidem legitur ἄρχειν ἐπέστησεν, velut Anab. III 5, 6. Indic. 20, 7 etc. — ceterum conferas etiam Anab. IV 17, 3 Ἀρτάβαζον ἀπαλλάττει, Ἀμύνταν δὲ ξατράπην ἀντ' αὐτοῦ καθίστησι.

4) ἀφανής 'ignobilis': Anab. I 15, 6. V 27, 8. VII 11, 6. 29, 3; Xen. Cyr. I 6, 35; cf. Diod. Sic. XVIII, 36.

5) οἷα δή semel apud Thucydidem (VIII 84, 3), raro apud Xenophontem (Hell. IV 5, 4. V 4, 39 etc.), saepissime apud Arrianum invenitur: Anab. I 3, 4. 6, 9. 9, 6. 20, 6. 28, 5. II 21, 5. III 15, 2 (bis). 29, 3. IV 3, 1. 5, 5. 21, 2. V 1, 5. 2, 6. 17, 5. 6. 23, 2. VI 6, 3. 10, 2. 21, 2. 22, 4. 25, 3. VII 12, 7. 21, 2. Indic. 16, 12. 24, 8. 30, 9. Peripl. 1, 2.

6) Anab. II 3, 4 Μίδαν ὄνομα. VII 2, 2 Δάνδαμις ὄνομα. VII 11, 6 Καλλίνης ὄνομα. Indic. 26, 6 Καρνίνη οὔνομα. 39, 2 οὔνομα Πάδαργον; cf. Boehner p. 25.

7) Ars tact. 40, 8 ὅσοι αὐτῶν ἄκροι ἐς ἱππικήν. Herodot. V 112 Ἴωνες ἄκροι γενόμενοι. VI 122 ὡς ἀνὴρ ἄκρος. VII 5 ἀρετήν τε ἄκρη. VII 111 τὰ πολέμια ἄκροι.

8) Anab. I 23, 7 τῆς δὲ Καρίας ξυμπάσης σατραπεύειν. cf. III 6, 6. 19, 2. IV 13, 4. V 26, 8. 29, 5. VI 15, 3. 27, 1. 30, 3. Xen. An. III 4, 31. Hell. III 1, 10.

9) Anab. VI 15, 3 ἀπαλλάξας Τυριάσπην τὸν πρόσθεν σατράπην (πρόσθεν V 19, 3. IV 29, 6. VII 14, 10 etc.). — vocabulum δυνάστης semel in Anabasi invenitur IV 15, 3.

10) Anab. II 1, 5 χρήματα εἰσέπραξαν. VII 12, 6 ἐνοίκιον εἰσπράττεσθαι. ipsum autem εἴσπραξις vocabulum non magis quam πρόσοδοι hoc sensu usurpatum apud Arrianum legitur.

......Δόκιμον, εἰ ἀφίκοιτο εἰς Βαβυλῶνα καὶ τῆς ξατρα[π]είας ἐγκρατήσειεν,[1] τὸ[ν] Ἄρχωνα μὲν ἀπαλλάξαι[2]——————
§ 4. ———ἐπιλεξάμενος[3] εἰσήγαγεν[4]........................
δὲ ξυναγαγὼν[5] καὶ φράσας[6] τὴν Περδίκκου μ[ετ]άνοιαν καὶ ἐς τοῦτον—
——————συναγαγεῖν ὡς μὴ δ[εξ]ομένους[7] ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὸν [Δόκ]ιμον.
§ 5. καὶ οἱ μὲν πρὸς τούτοις ἦσαν,[8] Δόκιμος δὲ ἐς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος κα[ὶ] τῶν ἐκ τῆς χώρας τινὰς Βαβυλωνίων προσαν[τ]έχειν[9] ἀμελήσ[ας][10] τοῖς στρατιώταις...........ἐπέδραμεν[11] καὶ ἔστη πρὸς Ἄρχωνα.[12] καὶ τὰ μὲν π[λ]ήθη[13] τῶν ἀπομαχομένων[14] καὶ ἰσχ[όν]των

---

1) ἐγκρατεῖν pro κρατεῖν 'potiri dominari' usurpatum apud unum Metopum (Stob. I 19, 17 Mein. τὸ λογιστικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς ἐγκρατῇ τῷ ἀλόγῳ) legitur, ubi Hirschigius soloecismum removit ἐπικρατῇ emendando. itaque hoc loco haud scio an ἐγκρατὴς εἴη (cf. Arrian. Bithyn. frgm. 60 (M.). Herod. VIII 49. Thuc. V 35, 5 etc.) vel ἐπικρατήσειεν (cf. Arrian. Anab. I 9, 3. 23, 8. II 17, 2) corrigendum sit.

2) Anab. IV 17, 3. VI 15, 3. VII 8, 3. 12, 5.

3) ἐπιλέγεσθαι 'sibi eligere' atque praecipue ἐπιλεξάμενος forma Herodotum (ut recte monet Boehner p. 7) imitatus saepe utitur Arrianus: Anab. prooem. 1. I 10, 3. II 6, 3. III 21, 2. 7. IV 9, 8. 25, 4. 29, 4. V 2, 2 (bis). 9, 3. 12, 1. 13, 4. 20, 9. 21, 2. VI 14, 3. Indic. 12, 7. 13, 2. 18, 1 (bis). 20, 3. 29, 16. 31, 9. Cyn. 4, 2. 30, 1. Peripl. 22, 3. Ars tact. 5, 6. 6, 5. 9, 5. 12, 5. 16, 2. 33, 2. 34, 1. 35, 6. 38, 1.

4) εἰσάγειν plerumque cum substantivo φρουράν coniunctum saepissime apud Arrianum legitur, velut Anab. I 26, 2. II 1, 5. 5, 5 etc.

5) Anab. I 1, 2. 7. 3, 6 etc.

6) Indic. 5, 1. Anab. I 29, 2. II 5, 4 etc.

7) Anab. VI 14, 2 σατράπην ἀναδέχεσθαι.

8) εἶναι vel γίγνεσθαι πρός τινι legitur apud Polybium I 20, 2. V 58, 1; apud Platonem Phaed. p. 84 c. Phaedr. p. 249 d. Rep. X p. 567 a; apud Demosthenem 18, 176. 19, 127 etc.

9) Polyb. XVI 30, 5. XXXII 23, 1. (XI 21, 4). ἀντέχειν: Arrian. Anab. IV 23, 4 et saepius.

10) Herodot. II 66 ἀμελήσαντες σβεννύναι τὸ καιόμενον. Xenoph. Cyr. VII 2, 17.

11) Thuc. IV 32, 1. 104, 3. V 39, 1. cf. Arr. Anab. VI 23, 5.

12) Thuc. V 104. cf. Thuc. I 33, 3.

13) Uniuscuiusque oppiduli πλῆθος, velut Demosth. 6, 24 μάλιστα δὲ τοῖς πλήθεσι πρὸς τοὺς τυράννους (φυλακτήριον).

14) ἀπομάχεσθαι sed de hominibus usurpatum legitur apud Arrianum Anab. I 1, 7. 28, 2. II 21, 3. IV 23, 2. 25, 7. 27, 2. 30, 2. V 14, 2 VI 9, 2.

χωρίων ἐκρατεῖτο.[1] ὡς δὲ ἀκροβολισμῷ[2] τινι τραυματίᾳ γενομένῳ[3] τῷ Ἄρχωνι οὐ πολλῷ ὕστερον[4] ξυνέβη[5] τελευτῆσαι ἐκ τῶν τραυμάτων,[6] τηνικα[ῦ]τα δὲ[7] ἀνασχόμεν[ος ὁ Δό]κιμος ἐδέχθη τε ἐπὶ τὴν ξατραπείαν[8] πρὸς[9] τῶν Βα[βυλω]νίων καὶ[10] τὰ ὑπὸ Περδίκκου προστεταγμένα....................ἔπρασσεν.[11] § 6. ἐν δὲ τούτῳ[12] Περδίκκας μαθὼν τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλέων Νικοκρέοντά τε τὸν Σαλαμίνιον καὶ τοὺ[ς ὑπ' αὐτῷ γε]νομένους[13] Πασικρ[ά]την τὸν Σόλιον καὶ Νικο[κλ]έα τὸν Πάφιον, τοῦτον[14] καὶ Ἀνδροκλέα τὸν Ἀμαθούσιον πρὸς μὲν Πτολεμαῖον ξυμμαχίαν πεποιημένους, ναῦς δὲ οὐ πολὺ ἀποδεούσας[15] διακοσίων ξυμ[π]ληροῦντας,[16] τὴν δὲ[17] Μαριέων πόλιν καὶ τὸν ἄρχοντα

---

[1]) Indic. 13, 10 κρατέονται οἱ ἄγριοι (ἐλέφαντες). cf. Anab. I 12, 4. II 7, 6. V 18, 7. VII 2, 2.

[2]) Anab. I 2, 6. 20, 4. 8. 21, 2. III 23, 5. IV 29, 3. Ect. 25. Ars tact. 4, 3. 5. 6.

[3]) Anab. I 20, 10 τραυματίαι δ' ἐγένοντο. cf. IV 27, 2. V 24, 5.

[4]) Anab. II 20, 3. Indic. 30, 6. 34, 1 etc.

[5]) Anab. I 22, 5. II 22, 1. III 13, 6 etc.

[6]) Anab. III 21, 10 Δαρεῖος δὲ ἀποθνήσκει ὀλίγον ὕστερον ἐκ τῶν τραυμάτων. III 27, 3 ἐκ τῆς πληγῆς ἐτελεύτησεν. VI 12, 1 ὅτι τεθνηκὼς εἴη ἐκ τοῦ τραύματος.

[7]) Anab. VI 1, 5 ἐπεὶ μέντοι — τηνικαῦτα δέ. eodem modo ἐνταῦθα δέ saepe in initio apodoseos usurpatur.

[8]) Cf. supra § 5.

[9]) De nimio, qui fit apud Arrianum, usu praepositionis πρός cum verbis passivis et intransitivis coniunctae cf. Boehner p. 42. 43.

[10]) Verba ἐδέχθη et ἔπρασσεν, quamquam res, quae non eodem tempore aguntur, sed quarum altera alteram sequitur, exprimunt, e consuetudine Herodoti et Arriani per particulas τέ — καί inter se copulantur. cf. Anab. IV 30, 4. VII 15, 1. VII 24, 4. Indic. 22, 1 (cf. Grundmann p. 38. 39).

[11]) Anab. IV 22, 8 καὶ οὗτοι ἔπρασσον ὅσα ἐξ Ἀλεξάνδρου ἦν τεταγμένα. IV 28, 5 ἔπρασσον ἤδη ὅσα... ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐτέτακτο (προστεταγμένον: Anab. VII 3, 6 (bis). 20, 8 etc.).

[12]) Verbis ἐν τούτῳ saepissime Arrianus, ubi ad alias res transit, utitur. ἐν δὲ τούτῳ: Anab. I 15, 7. II 2, 4. V 27, 1. VI 2, 1. 26, 2 etc.

[13]) Thucyd. III 59, 2. an [ὑπ' αὐτῷ ἀρ]χομένους? cf. Herod. I 91. 103. III 97.

[14]) Anab. III 3, 6 κόρακας δύο προπετομένους πρὸ τῆς στρατιᾶς, τούτους κτέ. cf. I 23, 5. II 1, 2 et Herodoti locos, quos collegit Grundmann p. 29.

[15]) Anab. I 14, 4 ὀλίγον ἀποδέοντες δισμυρίων. V 14, 1 οὐ πολὺ ἀποδέοντας τῶν ἑξακισχιλίων. cf. V 18, 2. VI 2, 4 etc.

[16]) Anab. I 19, 9 ξυμπληρώσας Ἀλέξανδρος δέκα ναῦς.

[17]) Anab. I 8, 8 ἔκτεινον τοὺς μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις ἐπεισπίπτοντες, οὓς δὲ καὶ ἐς ἀλκὴν τετραμμένους, τοὺς δὲ καὶ πρὸς ἱεροῖς ἱκετεύοντας. cf. Ars tact. 29, 2. 42, 2.

ἐπιπολιορκοῦντας,[1] ὁ δὲ[2] [τριήρεις ἤθρ]οισεν ἐκ Φοινίκης [πρ]ὸς τὴν εἰς Μάριον αὐτόθεν[3] ἐκ Κιλικίας <στρατείαν> κα[ὶ] πλο[ῖα π]ολλὰ στρογγύλα[4] παρασκευάσας[5] [ξ]ένους μὲν ἐς ὀ[κ]τακοσίους[6] ἐπ[έβη]σεν τῶν νεῶν,[7] ἱππέας δὲ ἐς πεντακοσίους, Σωσιγένην τὸν Ῥόδιον ἐπιτάξας[8] ναύαρχον[9] καὶ ξεναγὸν ἐπὶ τῷ[10] ξεν<ικ>ῷ[11] Μήδιον τὸν [Θ]εσσαλόν,[12] ἱππάρχην[13] δὲ τῶν ἱππέων Ἀμύνταν, τῆς δὲ ξυμπάσης[14] δυνάμεως στ[ρ]ατη[γ]ὸν [ἀ]ποφήνας[15] Ἀρι[στόν]ουν τὸν Ἀλεξάνδρου σωματοφύλακα...

fol. 235.

§ 7. ——— γυναῖκα ....

.. ἀναμάχεσθαι ——————————————————

[Ἀν]τιγόνου ἐπιτήδειος[16] ὤν. καὶ Μένανδρος τῆ[ς Λυ]δί[ας ξ]α-

---

[1]) ἐπιπολιορκεῖν verbum hoc uno loco, ἐπιπολιορκητήν autem apud Alciphr. II 2, 3 traditum est, ubi Kayserus ἐγὼ πολιορκητήν scribi iubet. equidem nihil mutaverim.

[2]) Cf. p. 27 adn. 2. — ἀθροίζω cf. Anab. II 19, 6.

[3]) Thucyd. II 25, 2. V 83, 1. Arrian. Anab. II 6, 1. III 9, 3. 18, 7. 20, 4. 30, 6. VI 3, 4.

[4]) Anab. I 11, 6. VI 5, 2. 15, 1. Indic. 19, 7.

[5]) Anab. V 8, 4 τὰ πλοῖα ὅσα παρεσκεύαστο, et saepius.

[6]) Anab. II 24, 4. III 8, 6 etc. conferas de hoc praepositionis εἰς usu libellum Rudolfi Muecke (Zu Arrians und Epictets Sprachgebrauch, Nordhausen 1887) p. 31.

[7]) ἐπιβαίνειν τῶν νεῶν sensu intransitivo legitur apud Arrianum Anab. I 3, 6. 18, 6. V 13, 1. VI 3, 1 (bis). VII 7, 1. 25, 3. aoristum sensu transitivo ab Appiano usurpari supra (p. 18a.) monui.

[8]) ἐπιτάσσειν 'praeficere, praeponere': Anab. I 24, 1. 28, 4. 29. 3. II 13, 7. III 24. 5. 28, 4. 29, 1. IV 3, 7. 15, 7. 16, 2. 24, 10. V 23, 7. VI 14, 3. 17, 4. 21, 3. 22, 3. apud antiquos historiae scriptores hanc significationem frustra quaeras.

[9]) Anab. I 18, 5. II 20, 10. III 5, 5. VI 2, 3.

[10]) Anab. I 28, 4 ἐπὶ δὲ τῷ εὐωνύμῳ ἐπέταξεν ἡγεμόνα Ἀμύνταν.

[11]) τὸ ξενικόν: Anab. III 23, 8. vocabulum ξεναγός apud Arrianum (praeter locum Art. tact. 10, 3) non legitur, sed conferas Thucyd. II 75, Xenoph. Hell. V 1, 33 et IV 3, 15 Ἡριππίδας ἐξενάγει ξενικοῦ. simili modo Arrianus dicit Anab. III 5, 5 ναύαρχον ἐπὶ τῶν νεῶν.

[12]) Indic. 18, 7 Μήδιος ὁ Ὀξυθέμιδος Λαρισαῖος.

[13]) ἵππαρχος: Anab. I 25, 2. ἱππάρχης: Anab. IV 5, 7. 27, 5. VI 8, 2. cf. III 6, 6 ἱππάρχην τῶν συμμάχων. VII 11, 6 ἱππαρχίαν τῆς ἵππου τῆς ἑταιρικῆς. cf. VI 7, 2.

[14]) Anab. I 14, 3. IV 21, 4. VII 3, 5 etc.

[15]) Anab. VII 9, 2. 4. 11, 1. Indic. 9, 4.

[16]) ἐπιτήδειος apud Arrianum cum dativo coniungitur: Anab. I 10, 1. 3. 25, 5. IV 14, 1. V 28, 4. VI 13, 5.

τράπης τήν τε ἄφιξιν[1] τὴν Ἀντιγόνου μαθὼν καὶ Ἀσάνδρου παρ' αὐτὸν ἀποχώρησιν,[2] Περδίκκα[ν ἐρρ]ωμένως[3] .... ἔχων κ[α]ὶ δι' ὀργῆς ἔχων[4] Περδίκκα[ν] ὅτι τὴν μὲν [ξατρ]α[π]είαν, ἣν εἶχεν......................... φ[υ]γὼν [πρ]ὸς τὴν στρατιὰν........................... Κλεοπάτραν εἶναι.... .....καὶ τὴν Εὐμένους____________ εἰς Φρυγίαν τὴν μεγάλην[5] φερούσας[6] ὁδοὺς ____________ [ἐ]γκρατὴ[ς] εἴη..... ὅτε Περδίκκαν____________ χιλίους ἱππέας.......ἔχων ἀφίκετο καὶ...........τῆς δ' [Ἐφέ]σου πό[λεως] πεντακοσίους________

§ 8. καὶ αἱ ἐν κύκλῳ τῆς Ἐφέσου πόλεις[7] φιλίως κατεδέξαντο[8] αὐτόν· ὁ δὲ παρεσκευάζετο ὡς[9] ἐπὶ Σάρδεις ἐλάσων[10] ἐκ[εῖθεν].[11] ἐν τούτῳ δὲ[12] Κλεοπάτρα μαθοῦσα τοῦ τε Ἀντιγόνου τὴν ὁρμὴν[13] καὶ τὴν ἐνέδραν τὴν ἐπὶ Εὐμένει παρεσκευασμένην,[14] ἡ μὲν φράζει πρὸς

---

[1]) Herodot. I 69. II 116. III 69 etc.

[2]) Anab. VII 27, 3 παρὰ θεοὺς ἡ ἀποχώρησις. cf. supra § 1.

[3]) Anab. I 2, 6 et saepius.

[4]) Thucyd. II 64, 1. V 46, 5 etc. similia leguntur apud Arrianum Anab. I 7, 10. IV 12, 7. Indic. 36, 7.

[5]) Anab. I 24, 5.

[6]) Anab. I 8, 3 ἐς τὴν κοίλην ὁδὸν τὴν κατὰ τὸ Ἡράκλειον φέρουσαν. cf. I 7, 9. 20, 4. II 20, 10. III 18, 1 etc.

[7]) Arrianus in Anabasi I 5, 6 τὰ κύκλῳ τῆς πόλεως ὄρη dicit (cf. I 5, 9. III 10, 4. III 4, 1. VI 15, 7), cum vocabula ἐν κύκλῳ saepissime aut cum verbis eundi coniungat aut absolute usurpet, eandem quam Thucydides legem secutus, nisi quod ille semel (III 74) τὰς οἰκίας τὰς ἐν κύκλῳ τῆς ἀγορᾶς scripsit, ubi τὰς κύκλῳ exspectaveris. semel etiam Arrianus (Peripl. 24, 3) ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος.

[8]) φιλίως δέχεσθαι: Anab. III 1, 2. V 8, 2. 24, 6. de Antigono autem καταδέχεσθαι dicitur, quia ille quasi ex exilio revertitur. cf. Anab. I 10, 1.

[9]) Anab. I 19, 2 παρασκευάζεσθαι ὡς μαχουμένους. IV 25, 5 παρεσκευάσθαι ὡς μαχουμένους.

[10]) ἐλαύνω: Anab. I 1, 4. 6, 7. III 8, 7 etc. — temporis futuri formae leguntur Ect. 27 ἐπελάσουσιν, Anab. III 30, 3 παρελάσεσθαι.

[11]) Anab. I 8, 6. 11, 4. 19, 8 etc.

[12]) Anab. I 7, 1. 13, 1. 18, 1 etc. cf. supra § 6.

[13]) Anab. I 5, 9 μαθὼν τὴν ὁρμὴν τῶν ἀμφὶ Φιλώταν. II 4, 6 μαθὼν αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. I 2, 4 ὡς δὲ ἔμαθεν αὐτῶν τὴν ὁρμήν. cf. I 4, 8. 6, 6 (bis). 19, 3. V 13, 1.

[14]) Xenoph. Hipparch. 4, 10 τοῖς πολεμίοις ἐνέδραι κατασκευάζονται. — ἐνέδρα: Anab. IV 6, 1. Ars tact. 15, 5.

Εὐμένη τὰ ἐξη[γγελ]μένα,[1] ὁ δὲ[2] ἀμφὶ δείλην[3] ξυναγαγὼν[4] τοὺς ξυνηκολουθηκότας[5] αὐτῷ φίλους καὶ ἱππέας παραγγέλλει[6] μήτε σάλπιγγα μήτε ἄλλο τι τῶν περιφανῶν σημείων[7] προσμείναντας[8] ὡς τάχιστα[9] πρὸς πορείαν[10] ἐσκευασμένους[11] παρεῖναι. § 9. καὶ ἦν μὲν αὐτῷ ἡ διὰ μέσου[12] ὁδὸς ὡς ἐπ' ἀνίσχοντα ἥλιον.[13]............................αὐτὴν μὲν ἄγειν εὐλαβήθη[14] τῷ[15] κατειλῆφ[θ]α[ι][16] εἰκάζειν,[17]................ τὴν ἀνωμαλωτάτην[18]........... ἐπὶ τῷδε[19]

---

1) Anab. II 6, 1 φράζει αὐτοῖς τὰ ἐξηγγελμένα. — φράζειν πρός τινα: Anab. IV 13, 3. VII 18, 3 etc.; ἐξαγγέλλω: Anab. I 5, 1. 10, 1 etc.

2) ἡ μὲν — ὁ δέ proinde ac saepius apud Arrianum solum ὁ δέ participium praecedens excipiunt; cf. Anab. II 12, 6 τὴν μητέρα τὴν Δαρείου ἀμφιγνοήσασαν.... τὴν δὲ προσελθεῖν cf. II 7, 9. 12, 1. IV 2, 5. 18, 6. 28, 6. VII 2, 4. Indic. 34, 8.

3) Anab. III 21, 9. IV 29, 6.

4) Anab. I 1, 2. 7. 3, 6 etc.

5) Anab. I 25, 2.

6) Anab. I 1, 8. 4, 1. 6, 1 etc.

7) Ars tact. 27, 1 τὰ μὲν φωνῇ, τὰ δὲ ὁρατοῖς σημείοις, τὰ δὲ τῇ σάλπιγγι. — περιφανής autem adiectivo ἀφανής oppositum idem valet atque ὁράσιμος. — verbum σημεῖα legitur in Anabasi II 22. 4.

8) Anab. I 6, 10. 8, 1. 14, 5 etc.

9) Anab. VI 2, 2. (II 13, 1).

10) Anab. I 5, 1. 27, 5. II 10, 3. 17, 1. III 3, 4 etc.

11) ἐσκευασμένος 'armis et vestitu instructus': Indic. 33, 5. Thuc. IV 32. 33.

12) Polyb. XI 30, 3 εἵλκοντο διὰ μέσου. cf. C. Wunder 'Coniecturae Polybianae' Act. sem. Erl. IV p. 236.

13) Anab. I 11, 3 ἦν δὲ αὐτῷ ὁ στόλος ὡς ἐπ' Ἀμφίπολιν. I 4, 4 ἦν δὲ αὐτοῖς ἡ ὁρμὴ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. I 27, 5 ἦν δὲ αὐτῷ ἡ πορεία παρὰ Τερμησσὸν πόλιν. ceterum ὡς ἐπί centies fere et quadragies apud Arrianum legi monet R. Muecke p. 18.

14) εὐλαβεῖσθαι cum infinitivo coniungit Plato Leg. VIII p. 843c. Rep. X p. 608a.

15) Anab. I 9, 2 τὰ μὲν γὰρ περὶ Σικελίαν Ἀθηναίοις ξυνενεχθέντα τῷ τε πόρρω ἀπὸ τῆς οἰκείας διαφθαρῆναι αὐτοῖς τὸν στρατόν.......... καὶ τῷ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλειφθῆναι οὔτε αὐτοῖς... ἴσην τὴν αἴσθησιν προσέθηκεν οὔτε κτέ. cf. Ars tact. 15, 4.

16) Anab. I 1, 6. 5, 5. 7 etc.

17) Anab. I 1, 9. 7, 3. 27, 7 etc.

18) Anab. VI 24, 5. III 8, 7. Cyn. 17, 4. Ars tact. 40, 9.

19) ἐπὶ τῷδε 'hunc ad finem' vel 'hanc ob causam' apud priscos scriptores non invenitur; apud Arrianum autem: Anab. I 12, 5. II 8, 10. 12, 8 17, 3. III 5, 7. 7, 2. 28, 7. IV 4, 9. 11, 3. 9. 13, 2. 20, 2. 27, 7. V 3, 4. 5, 3. 18, 7. VI 1, 6. 6, 3. 11, 8. 29, 11. VII 1, 5. 20, 4. Indic. 15, 11. 23, 2. 6. 24, 7. 29, 3. 9. 10. 32, 11. 42, 3. Peripl. 22, 4. Ars tact. 33, 2.

ἥκιστα[1] προσδοκωμένην.[2] προελθὼν[3] δὲ ἀμφὶ[4] τοὺς εἴκοσιν[5] σταδίους εἰς δεξιὰν μάλιστα[6] ἐπιστρέφει[7] καὶ........εἰ πρὸς τὴ[ν] ἐς...........
.....εἰ..............................ἐκ Φρυγίας ἔπειτα
.......τῆς ἐπὶ Φρυγίαν τὴν μεγάλην [φε]ρούσης ὁδοῦ[8] π[αρήγγ]ειλεν ἐ[λα]ύνειν τοὺς ἱππέας πρὸς .... ἀφηγεῖτο.
§ 10. τῆς δὲ αὐτῆς ν[υ]κ[τὸ]ς[9] Ἀντίγονος ὑπερ.................
..............τόν τε μέγαν καὶ [τὸν μικρὸν]..................
Εὐμένους..........μαθὼν δὲ τὴν φυγὴν τὴν Εὐμένους καὶ ὅτι...
.... ἐνεδρεύοντας[10] εἰκάσας[11] — — —
τὴν Κλεοπάτραν [ἐπ]εὶ [Π]ερδίκκαν μὲν τὸν ———
[Π]ερδίκκαν ...... καὶ τῆς......

Ea, quae hucusque de primis, quae inter Diadochos ortae sunt, contentionibus nota erant, omnia fere his scriptoribus debentur: Diodoro Siculo, Plutarcho (in vita Eumenis), Iustino Pompei Trogi epitomatori, Photio, qui tenuissima ex Arriani τῶν μετ' Ἀλέξανδρον libris excerpta confecit (Bibl. p. 69A—72B).

Is igitur (p. 69B 33) Arrianum testatur in quinto huius operis libro eas res enarravisse, quae sub finem anni 322 a. Chr. et in Asia et in Europa gestae sunt, victorias scilicet de Ariarathe, Cappadocum rege, a Perdicca, de Graecis ab Antipatro et Cratero reportatas. sexti libri initio Demosthenis fugam et mortem, deinde in eodem, ut persuasum habeo, libro res a Thibrone et Ptolemaeo in Cyrenaica gestas exposuit. inde usque ad finem historiae Arriani sequitur primi Diadochorum belli, quod inter Perdiccam et Antipatrum exarsit, narratio, quam a novo, id est a septimo libro initium duxisse verisimile videtur.

1) Anab. V 4, 4. VII 12, 6.
2) Anab. III 25, 3. II 2, 3. III 14, 5 etc.
3) Anab. I 8, 2. IV 24, 8. 28, 8. VI 19, 4 etc.
4) Anab. I 1, 1. 16, 2. 4 etc. cf. Boehner p. 41.
5) Anab. VI 25, 6. 4, 2. I 17, 4. II 26, 1. IV 21, 2. Indic. 22, 3.
6) Anab. I 21, 1 πρὸς Μύλασα μάλιστα τετραμμένην. II 1, 2 ἵνα ἡ προσβολὴ μάλιστά ἐστιν ταῖς .... ὁλκάσιν. II 26, 3 κατὰ τὸ νότιον μάλιστα τῆς πόλεως τεῖχος. cf. III 16, 8. V 23, 7. VI 21, 1.
7) Anab. I 8, 4. II 11, 7. 24, 2 etc.
8) Cf. supra § 7.
9) Similia leguntur Anab. II 12, 3. 3, 8. 18, 1. V 23, 6.
10) Anab. I 4, 4. IV 16, 7.
11) Cf. supra § 9.

Huius igitur libri argumentum paucis exponere mihi liceat, quo facilius noscatur, quae inter fragmentum Vaticanum et Photii epitomam ratio intercedat et quid ex illo de initio belli rerumque in eo gestarum ordine colligatur.

Cappadocum gente devicta Pisidarumque oppidis expugnatis Nicaea, Antipatri filia, quam, ut patrem adfinitate sibi devinciret, Perdiccas in matrimonium poposcerat, in Asiam venit et ab Iolla et Archia ad illum deducta est (Phot. 70B 30; Diod. XVIII 23; Iust. XIII 6, 4), cui eodem tempore epistulae ab Olympiade ex Europa missae spem Cleopatrae, Alexandri sororis, in matrimonium ducendae ostentabant. quamobrem convocato consilio Eumenes suasit, ut statim Cleopatram uxorem duceret, Nicaeam autem ad Antipatrum remitteret, hoc est bellum contra illum sumeret. Perdiccae autem, quippe qui illo tempore id maxime ageret, ut Antigonum, Phrygiae satrapam, opprimeret, Alcetae fratris sententia magis probata est, qui eum tum quidem Nicaeam ducere et Antipatrum in amicitia retinere iussit, donec debellatis Asiae et Aegypti satrapis in Europam ipse transgrederetur. nam Ptolemaeus, qui Cleomenem a Perdiccae partibus stantem[1]) interfecerat, suspectus et ipse Perdiccae fuit. sed ut occasionem nancisceretur, qua usus, si haec prospere cessissent, in Macedoniam ipse cum exercitu transgrederetur, Alexandri corpus, quod ut Babylone in Aegyptum deduceretur, antea inter principes Macedonum convenerat, Aegas, in veterem imperii sedem, transportare constituit.[2]) Polemonem igitur et Attalum[3]) Babylonem mittit, ubi Arrhidaeus adiuvante Archone satrapa pompam parabat. sub idem tempus et Cynane cum Eurydice filia, frustra obnitente Antipatro, in Asiam transiit et Cleopatra, quam antea Pellae cum matre fuisse Plutarchus (vit. Eum. 3) tradit, illius potestati se subtraxit Sardesque, hoc est fere in castra Perdiccae, venit. quod et ipsum non potuit non suspicionem Antipatro movere; eam autem auxit Antigonus ex Asia profugus, qui illi, ut ait Photius (p. 70B 11), τὴν εἰς αὐτὸν ἐπιβουλήν, ἣν Περδίκκας

[1]) Cf. Pausan. I 6, 3, quem hoc caput ex Hieronymi Cardiani historiis hausisse consentiunt homines docti (cf. O. Pfundtner 'Die historischen Quellen des Pausanias' annal. philol. a. 1869 p. 454; F. Reuss 'Hieronymos von Kardia. Studien zur Geschichte der Diadochenzeit' Berolini 1876 p. 6 et 8).

[2]) Paus. I 6, 3.

[3]) Fragm. Vat. § 1. Phot. p. 70B 20.

ἐβούλευε, διηγήσατο, καὶ ὡς κατὰ πάντων ἡ αὐτὴ αὐτῷ μελέτη σπουδάζεται. ἀνεδίδαξέ τε καὶ τὸ τῆς Κυνάνης ἐκτραγῳδήσας πάθος. καὶ ταῦτα διαθέμενος εἰς πόλεμον αὐτῷ τούτους κατέστησε. eadem Diodorus, eundem, puto, auctorem secutus, fusius narrat XVIII 25: ἐδίδαξεν αὐτοὺς περὶ τῆς ὅλης ἐπιβολῆς τοῦ Περδίκκου, καὶ διότι τὴν Κλεοπάτραν γαμήσας εὐθὺς ἥξει μετὰ τῆς δυνάμεως ἐς Μακεδονίαν ὡς βασιλεὺς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῶν παραιρήσεται. οἱ δὲ περὶ τὸν Κρατερὸν καὶ Ἀντίπατρον διὰ τὸ παράδοξον τῆς προσαγγελίας καταπλαγέντες συνήδρευσαν μετὰ τῶν ἡγεμόνων. προτεθείσης οὖν βουλῆς περὶ τούτων, ἔδοξεν ὁμογνωμόνως πρὸς μὲν Αἰτωλοὺς ἐφ' οἷς δυνατὸν διαλυθῆναι, τὰς δὲ δυνάμεις κατὰ τάχος περαιοῦν εἰς Ἀσίαν καὶ τῷ μὲν Κρατερῷ τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν περιτιθέναι, τῷ δ' Ἀντιπάτρῳ τὴν τῆς Εὐρώπης, πρεσβεύειν δὲ καὶ πρὸς Πτολεμαῖον περὶ κοινοπραγίας, ὄντα τοῦ μὲν Περδίκκου παντελῶς ἀλλότριον, ἑαυτοῖς δὲ φίλον, κοινῇ δὲ ἐπιβουλευόμενον.

Perdiccas autem, cum praeter spem Antipatrum Craterumque bellum parare et Ptolemaeum in foedus adscivisse comperisset, consilium et ipse convocavit, cuius ex sententia primo Aegyptum sibi subicere statuit.[1] brevi post, cum iam ex Pisidia, ubi illud consilium habitum est, in Ciliciam profectus esset, nuntius supervenit Arrhidaeum invitis Attalo et Polemone corpus Alexandri ad Ptolemaeum deduxisse;[2] unde etiam graviore Perdiccas ira exacerbatus est. itaque cum in Ciliciam venisset, et Philotam satrapam, quia Crateri familiaris habebatur, loco movit et Archoni, quod Arrhidaeum non retinuisset, per Docimum insidias paravit.[3]) Archon autem fraude Perdiccae intellecta Babylonios contra Docimum ad arma evocat; qui primum strenue iussa eius facessunt, mox autem interempto Archone Docimo se subiecerunt.

Sub idem tempus Perdiccas certior factus potentissimos Cypri insulae regulos Ptolemaeo foedere iunctos classem exornare et, quod unum in fide remansit oppidum, Marium obsidere, quingentos equites octingentosque mercennarios ducibus Aristonoo,

[1]) Diod. XVIII 25; Iust. XIII 6, 10.

[2]) Fragm. Vat. § 1. 2; Phot. p. 70B 16. eundem ordinem sequitur Diodorus (XVIII 25. 26).

[3]) Hoc enim inde colligo, quod in fragmento Vaticano Perdiccas primum Archonem exigendis vectigalibus praeesse exercitumque Docimo tradere, deinde eundem, si Docimus rerum potitus esset, omnino loco moveri atque expelli iubet.

Medio, Amynta, Sosigene Cyprum misit. quod et ipsum, sicut res ab Archone et Docimo gestae, ab hoc uno scriptore, Arriano, si quidem rectum vidi, traditur.

Postea, ut ex lapidibus discimus,[1] Perdiccas alteram classem sub Hagnone Teio, Antipater autem Antigonum cum navibus in Graecia collectis Cyprum misit vicitque Antigonus, qui usque ad id tempus, quo Perdiccas in Aegypto a militibus occisus est, ibi remansit, postea autem arcessitus a Macedonibus cum Antipatro Triparadisum venit.[2]) e Perdiccae ducibus Sosigenes tribus annis post (teste Polyaeno IV 6, 9) rursus navibus in Phoenicia aedificatis praefectus ab Eumene partem thesauri regii, qui Cyindis ab Argyraspidis servabatur, ad Polysperchontem devehere iubetur. Aristonoum autem postea a Polysperchonte, ut opinor, Amphipoli urbi praepositum illam anno 316 fortissime contra Cassandri legatos defendisse Diodorus auctor est (XIX 51). quam cum iussu Olympiadis tradidisset, a Cassandro interemptus est. — Docimus (teste Plutarcho vit. Eum. 8), post Perdiccae necem copias ex Babylonia in Asiam minorem reduxit et cum Attali, Polemonis, Alcetae exercitu coniunxit, quibus devictis captus ab Antigono ad eius partes transiit.

Verum haec quasi per excursum addidi. Arrianus omissis his rebus tertium e Cilicia Eumenem a Perdicca emissum esse narravit, quem ille omnibus Asiae minoris copiis praeposuit.[3])

---

[1]) In Corp. Inscr. Att. II 331 v. 5 (cf. Droysen Hist. Diadoch. ed. II p. 135 adn. 2) Thymochares quidam Atheniensis laudatur, qui [χειροτονη]-θεὶς στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπὶ τὸ ναυτικ[ὸν ἔπλε]υσεν ἐπὶ τῶν νεῶν, ἃς ὁ δῆμος Ἀντιγόνῳ (cuius nomen postea erasum est) συνέπεμπεν εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ συνδιεπολέμησ[εν τ]ὸν πόλεμον τὸν ἐν Κύπρῳ καὶ ἔλαβεν Ἅγνωνα τὸν Τ[ήϊο]ν καὶ τὰς ναῦς τὰς μετ' αὐτοῦ. etiam in edicto Nasiotarum Corp. Inscr. Graec. II App. 2166c (Droysen Hist. Diadoch. ed. II p. 374) expeditionis Cypriacae mentio fit.

[2]) Phot. p. 71A 32 μετεκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀντίγονος ἐκ Κύπρου. cf. 71A 38.

[3]) Eumenem enim usque ad id temporis Perdiccae in comitatu fuisse expressis verbis dicit Plutarchus (c. 3. 4). idem Arrianum tradidisse apparet ex eo, quem Photius sequitur, ordine. mandatum autem ei fuisse Diodorus (XVIII 25) tradit, ut locis circum Hellespontum occupatis Antipatrum in Asiam transgredi prohiberet; id quod re ipsa flagitari quivis intellegit. nec multum discrepat, quod Iustinus dicit (XIII 6, 14): 'Eumeni praeter provincias, quas acceperat, Paphlagonia et Caria et Lycia et Phrygia adiciuntur. ibi Crateron et Antipatrum opperiri iubetur.' nam, ut infra docebo, Eumenes, priusquam ad Hellespontum perveniret, ab Antigono fugatus et in

sed quia Antipatrum non decipi simulato Nicaeae matrimonio bellumque iam ortum esse vidit, ut Alexandri sororis nomine et auctoritate milites in favorem Antipatri Craterique propensos in fide retineret[1]), Perdiccas Eumenem primum dona ad Cleopatram deferre eamque coram Macedonibus ipsius nomine in matrimonium poscere iussit. quae Antigonus, cum a Menandro, Lydiae satrapa, comperisset, Antipatro Crateroque indicavit.[2]) Haec quidem Photius; unum omisit referre, ubi terrarum Antigonus versatus sit, cum nuntius ille afferretur. qui si una cum Antipatro et Cratero in Macedonia fuit, non intellegitur, cur Photius brevitatis ut qui maxime studiosus Menandrum Antigono nuntium misisse illumque Antipatro rem indicasse tradiderit. accedit, quod ab eius quam supra laudavi inscriptionis verbis [ἔπλε]υσεν ἐπὶ τῶν νεῶν ἃς ὁ δῆμος Ἀντιγόνῳ συνέπεμπεν εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ διεπολέμησ[εν τ]ὸν πόλεμον τὸν ἐν Κύπρῳ proficiscentes non statim Antigonum Cyprum delatum esse, sed antea in Asiam venisse suspicamur. augetur autem haec suspicio altero Vaticani fragmenti folio, quod huc referendum esse mihi persuasi.[3]) nam quae apud Photium

---

Cappadociam se recipere coactus est. Plutarchus autem, cuius error unde natus sit, facile nunc perspicitur, statim in Cappadociam Eumenem missum esse tradit (c. 4).

[1]) Cf. Iust. XIV 1, 7: 'Existimaturos ibi maiestatem regiam verti, unde soror Alexandri staret. tanta veneratio magnitudinis Alexandri erat, ut etiam per vestigia mulierum favor sacrati eius nominis quaereretur.'

[2]) Phot. p. 70B 22: ἐν τούτῳ καὶ Εὐμένης παρὰ Περδίκκου δῶρα πρὸς Κλεοπάτραν ἐς Σάρδεις ἐκόμισε, καὶ ὅτι ἐγνωσμένον εἴη Περδίκκᾳ Νίκαιαν μὲν ἐκπέμπειν, ἀντ' ἐκείνης δὲ ταύτην ἄγεσθαι. οὗ μηνυθέντος — Μένανδρος δὲ ὁ Λυδίας σατράπης ἐμήνυσεν Ἀντιγόνῳ — καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν δημοσιωθέντος, ἐπὶ μᾶλλον αὐτοῖς τὰ πρὸς Περδίκκαν ἐξεπεπολέμωτο. περαιοῦται δὴ Ἀντίπατρος καὶ Κρατερὸς ἀπὸ τῆς Χερρονήσου τὸν Ἑλλήσποντον.

[3]) Nam de eis rebus, quas in initio decimi libri Arrianus narravit (Phot. p. 72A 35 e. s.), quominus hoc in folio agi suspicemur, multa obstant. primum enim ut inter duo illa fragmenti folia inter se cohaerentia plus quam sex aut (si in quiniones scriba pergamenas digessit) octo folia intercciderent factum esse non potest. in his autem quot quantaeque res enarrandae erant: exitus expeditionis Cypriacae, bella in Asia minore et in Aegypto gesta, Perdiccae mors, Arrhidaei et Pithonis dominatio, adventus Antipatri, provinciae Triparadisi inter principes Macedonum distributae, reditus regum regiique exercitus, bellum inter Attalum et Rhodios gestum! rem brevi absolvam: libros octavum et nonum septimique et decimi libri partes octo illis foliis inclusa fuisse num quis credet? deinde vero Photius illo loco non Antigonum et Menandrum, sed ipsum Antipatrum contra

leguntur Μένανδρος δὲ ὁ Λυδίας σατράπης ἐμήνυσεν Ἀντιγόνῳ, ex eis, quae in fragmenti folio 235^{r} narrata crant, excerpta esse conicio (cf. fragm. Vat. § 8: καὶ Μένανδρος τῆς Λυδίας ξατράπης τήν τε ἄφιξιν τοῦ Ἀντιγόνου μαθὼν καὶ Ἀσάνδρου παρ᾽ αὐτὸν ἀποχώρησιν....). Antigonus igitur primus bellum in Asiam transferre eiusque regionis satrapas, Perdiccae infestos, ad defectionem pellicere conatur. quam ob rem in Cariam delatus Asandri amici copias, quas Perdiccas Eumeni oboedire iusserat, sibi conciliavit. quo audito Menander, Lydiae satrapa, quem una cum Eumene Sardibus fuisse ex Photii verbis colligo, Antigono nuntiavit summum hostium ducem cum parva manu Sardibus morari et, si ille adveniret, ante ipsius belli initium intercipi posse. ipse ad exercitum Sardibus fugit eumque propter vias, quae in Phrygiam magnam ducebant, in insidiis collocavit, ut si appropinquantem Antigonum Eumenes effugisset, ab ipso eo certius opprimeretur. ille autem cognitis per Cleopatram hostium consiliis noctu profectus viis saepe mutatis insidias evitavit et primum in Phrygiam, deinde in Cappadociam equites familiaresque, quos secum habebat, abduxit.

Unde illud quoque intellegitur, quod saepe miratus sum, cur Eumenes totam fere Asiam minorem sine pugna adversariis concesserit neque Antipatro contra Perdiccam eunti obstiterit. quod ille ne faceret, hoc ipso impetu Antigonus videtur prohibuisse, ad quem nulla mora interposita eae, quae in his regionibus sub imperio Eumenis erant, Lydiae Cariaeque copiae defecerunt. itaque patefacta per Antigonum via Antipater et Craterus in Asiam transeunt, Antigonus cum classe Cyprum proficiscitur, Eumenes in Cappadocia alterum exercitum cogit.

Eumenem profectum esse narrat Eumenemque a Cleopatra ut abscederet exoratum, quem Plutarchus, eodem, ut apparet, fonte usus, etiam proelium circa Sardes initurum fuisse tradit. quae omnia contraria sunt eis, quae in fragmento Vaticano leguntur. (Phot. 72 A 36: Εὐμένης Ἀντιπάτρου ἐς Σάρδεις ἰόντος ἐς χεῖρας ἐλθεῖν ἐγγὺς ἦν, Κλεοπάτρα δέ, ἡ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀδελφή, ἵνα μὴ ἐς τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἐν διαβολῇ γένηται ὡς αὐτὴ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἐπάγουσα, παραινεῖ καὶ πείθει Εὐμένη ἀποχωρῆσαι τῶν Σάρδεων. Plut Eum. c. 8: περὶ δὲ τὰς Σάρδεις ἐβούλετο μὲν ἱπποκρατῶν ὁ Εὐμένης τοῖς Λυδοῖς ἐπαγωνίσασθαι πεδίοις, ἅμα καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ τὴν δύναμιν ἐπιδεῖξαι φιλοτιμούμενος· αὐτῆς δὲ ἐκείνης δεηθείσης — ἐφοβεῖτο γὰρ αἰτίαν τινὰ λαβεῖν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντίπατρον — ἐξήλασεν εἰς τὴν ἄνω Φρυγίαν.). itaque, si quidem ex Arriani opere fragmenta Vaticana petita sunt, non possunt nisi ad septimum librum referri.

Vides quam pauca ex eis, quae in fragmentis Vaticanis leguntur, a ceteris scriptoribus tradita sint. neque id mirum, cum Arrianus decem libris ea enarraverit, quae Diodorus, illorum uberrimus, dimidia unius libri parte comprehendit. unde facile conicias, qualem iniqua fortuna nobis librum eripuerit, cum misellum hoc fragmentum doloris irritamentum magis quam solacium reliquerit.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1. Recte Paulum Weise (Quaestion. Catonian. cap. V) demonstrasse opinor Catonis de agricultura librum, quem nos manu tenemus, compositum esse ex duabus eiusdem libelli, ut dicimus, recensionibus, quarum altera ipsa Catonis praecepta, altera eadem sed ab aliis et emendata et aucta exhibuit. in eo autem errasse virum doctum puto, quod Varroni priorem, hoc est genuinam libri formam ante oculos fuisse dicit, Plinio eam, quam nos nunc legimus.
2. A. Cornelius Celsus, cuius de rebus rusticis praecepta e Plinii libris cum Columellae opere collatis recuperantur, Catoniani de agricultura libri legisse videtur formam recentiorem, genuinam Pompeius Lenaeus, quem loci natur. hist. XV 44 auctorem esse suspicor.
3. Quod Georgius Goetz nuper (Berlin. Philol. Wochenschr. 1887 p. 1152. 53) contendit, Verrium Flaccum alteram librorum de significatu verborum partem e lexicis maxime transscripsisse, alteram e libris, in quibus res non, sicut in illis, secundum litterarum ordinem digestae erant; inde ortam esse differentiam illam, quam in libris S. Pompei Festi inter duas uniuscuiusque litterae partes C. O. Müller deprehendit — hoc falsum esse affirmo.
4. Laurentius Lersch in libro, qui inscribitur 'Sprachphilosophie der Alten' (III p. 136 sq.) cum ex eis, qui apud Romanos verborum etyma anquirebant, alios omnia fere e Graeco, alios e Latino derivasse, alios mediam quandam viam instituisse dicit, non perversam quidem sed exaggeratam sententiam pronuntiavit.
5. Cloatium Verum in libris 'Ordinatorum Graecorum' Pamphili 'Pratorum' alteram partem, quae περὶ ὀνομάτων inscripta erat, imitatum esse contendo.

6. Apud Macrobium III 18, 2 (p. 219, 1 ed. Eyss.) pro eo, quod traditur, 'tibur' scribendum propono 'tuber' (cf. Plin. nat. hist. XV 47).
7. Diogeniani περιεργοπενήτων opus, quod Hesychius transcripsit, a libris παντοδαπῆς λέξεως laudatis apud Suidam diversum fuisse non videtur.
8. Apud Hesychium (I p. 527, 47 Schm.) pro eo, quod in codice est δόλαν· ἀντὶ τοῦ δήλου scribi iubeo δοάν· ἀντὶ τοῦ δι' ὅλου (ἀντὶ τοῦ δήν M. Schmidt).

Typis societatis typographorum Vratislaviensium.